
713



DE FELICISSIMO PAVLI. III. PONT. MAX. ADVENTV PERVSIAM VRBEM. AC PRAESTITIS CIVITATIS OFFICIIS LIBELLVS.

AD REVERENDISS. DOMINVM D. M. CARD. GRIMANVM. PERVSIAE, VMBRIAEQVE LEGATVM DIGNISSIMVM.

REVERENDISS. GRIMANO, EIDEMQVE PERVSIAE MERITISSIME LEGATO.

QVi non uerſatur in nugis, tametſi tenuis ſit labor, Is profecto haud eſſe debet ingratus: Quum igitur præterito Menſe / quo Diuus Paulus. III. apud nos fuit, multa / & a ſãctiſſima Humanitate, & pariter à Ciuitate profecta ſint / quæ quidem alio, q̃ hoc exili Calamo, digna forẽt / ut memoriæ cõmitterentur / utroq; ductus reſpectu cogitaui, uel decentius eſſe, ut hæc rudi ſtilo ſcriberentur / q̃ non ſcripta in obliuionem abirent. Deinde Reuerẽdiſ. Amp. tuæ conſulto dicat opuſculum, non tam profecto / ut eius præſidium ab illo tam feſtinanter p̃cipitato Cenſorum arceat ſub ſannationes / q̃ q̄ ipſi uidetur iure cõuenire, quippe quæ & Pontificis pars / & Ciuitatis eſt aſsis. Verum si Qua pro abſolutis uiderit in hoc haberi, q̃ tum ibi uix tenebant exordia / quum ſanctiſsimæ, eorum imperfectio adſcribi debeat celeritati, id quasi noſtro iure factum eſſe cognoſcat, Et feliciſsima perſeueret. Peruſiæ octauo Idus Octob, M. D. XXXV.

Perpetuum

Mancipium. M. P.

DE FELICISSIMO PAVLI. III. PONT. MAX. ADVENTV PERVSIAM VRBEM. AC PRAESTITIS CIVITATIS OFFICIIS LIBELLVS.

AD REVERENDISS. DOMINVM D. M. CARD. GRIMANVM. PERVSIAE, VMBRIAEQVE LEGATVM DIGNISSIMVM.

VT PRIMVM APVD NOS FELI
citer innotuit Beatiſsimum Patrem Peru
ſiam uerſus ab Vrbe Roma diſceſsiſſe,
quum'q; iam cognoſceretur id , quod Oratoribus
noſtris ad quotidianos Eorum congreſſus Romæ
pluries fuit benigne pollicitus, re tandem ipſa com
probari , tanta ilico Hominum inceſsit Alacritas,
ut præ lætitia Domus , Fora, Compita atq; ipsi Pa
rietes mirum inmodum quasi pſallere ac geſtire ui
derentur,Non ſolum ea quidem ratione , ut Sacro
ſancta ſui Vultus præſentia Terrarum omnia exhi
larare ac bene uertere de more conſueſcat, ſed quia
sanctissimi iam pridem eius forſan Animi 'a nobis
alienati reuocationem uidebamus, ſimul'q; pientissi
mū Paſtorē dignari ad ſuas Oues tā diu uagas & in
ſuū diſcrimē miſere ꝓpēſas gratioſe respicere. Qua
ꝓpter ne ſuo Ciuitas deeſſet officio, dū q̄ ad exopta
tā acceſsionē felicem'q; ingreſsū ꝑtinere uidebant',
ea ſedulo p̄parabat, ex templo ſex p̄misit Oratores,
nempe Vincentium Herculanum, & Guilielmum

Pontanum Doctores, & Iureconſultorum conſultiſſimos, Sfortiam Oddum, Nicolaum Gratianum nobiles Patritios, & Paulũ Roſciolũ, Hieronymum'que Matthæũ uiros populares, quaſi ex oĩbus totius Ciuitatis gradibus ſuſceptos, qui celeriori at'que expeditiori Itinere, quam fieri poſſet, in maius ſui debiti argumẽtum ſanctiſſimo Principi obuiam prodirẽt: sic Eum poſtero die quietis gratia in ſatis cõmodo Abatiæ diuerſorio apud Trebiates inuenerũt: Qui poſtquam Vrbis nomine beatiſsimos humillime fuerunt pedes oſculati, ac litteras à Magiſtratu reuerenter reddidere, Vincẽtius Friſius una cum Aliis flexus genua, ore geſtu'que ad humilitatẽ accomodato pegit mandata.

POSTquam Ciuitas noſtra B. P. eadem'que tuæ Sãctitati deuotiſsima, & fideliſsima, huius aduẽtus sui in hanc Prouinciã ſalutarem Nunciũ accepit, ut tandem Perusiam suam, illam ipſam Patriam noſtram ſe cõferret, tanto quidem gaudio perfuſa eſt, quanto (ut Matthæus in Euangelio teſtatur) Reges illi Orientales perfusi ſunt, ubi, dum nato Saluatore ad Eum adorãdum ex tam longinquis ſemotis'que Regionibus quasi miraculo quodam, cum muneribus accedebant, ab Herode diſcedẽtes eandem Stellam in Oriente rurſus cõſpexerũt. Dum igitur Vrbs Perusina tanto gaudio perfunditur, illud dicere uiſa eſt, Cõuentum facite oẽs qui in ea eſtis, Ecce Rex ueſter uenit, exite obuiã ei: Inde hos præſtãtiſsimos nobiles'que Viros, & me unà cum illis (quamquam indignũ) quos genuflexos & ſe adorãtes uidet, Ciuitas noſtra delegit, ut uſque ad primum Prouinciæ limitem tuæ Sanct. obuiaremus, atque Eam nomine Magiſtratuum & Populi ſalutatã, ac adoratã comitatus proſequeremur

remur

remur officio, Gratiasq́ ſubinde ageremus imortales:
Quæ .N. maior Principis liberalitas, quæ unq̃ maior
Domini indulgentia poſſet illa tua excogitari? Quæ cõ
tinuatis Itineribus, Curia tota ſecum proficiſcẽte, mille
Incõmodis, charitate tñ & clemẽtia ducta, uiſere ſuum
Populum, illi benedicere, atq; omni gratia, & iocundita
te replere dignatur: Cognouit quidem iſta diuina Pru
dentia id unum eſſe duntaxat exulcerati uulneris reme
diũ, nullumq́ aliud præter Præſentiæ ſuæ Medicamen
tum apponi poſſe, qđ ſalutem induceret. Tot.n. Aerũ
nis, tot malis, tot miſeriis affecta erat, ut uere Prophe
ticum illud lugubri uoce de ipſa dicendum fuerit. Quo
modo ſedet ſola Ciuitas plena Populo? Domina Gen
tium, Princeps Prouinciarum facta eſt ſub Tributo: ſub
quo inq̃ tributo? nempe Sicariorum, atq; omni genere
flagitii inquinatiſsimornm Hominum: Quorum atrox
iugum ſæuæq́ Tyrannidis imperium ex hoc felici fau
ſtoq́ Aduentu ſuo excutere planẽ confidit, Dum cer
to tenet certius, q̃ ubi tam diu flebiles illas Hieremiæ uo
ces effuderit, ſepoſito lachrimarum profluuio, uẽdicata
a manibus Impiorum, atq; in priſtinam dignitatem tuæ
Sanctit. beneficio reſtituta, modulabitur illud alterum
Zachariæ læta atq; hilaris, Benedictus Dominus Deus
Iſrhael, quia uiſitauit, & fecit redẽptionem Plebis ſuæ:
Itaq́ Ciuitas Peruſina ſui memor officii ante hos ſacra
tiſsimos Pedes fideliter ponit in munus quicquid in ea
eſt, uel iuris, uel auctoritatis: illis reuerentiam, illis obe
dientiam, illís ſubiectionem, illis fidam indeficiẽtemq́
ſeruitutem exhibet, & effectu ipſo obſequẽter impendit:
Cæterum mihi, qui tam inepte coram tanta Maieſtate
uerba facere auſus ſim, ueniam largiatur, adſcribatq́
hoc non audaciæ, quã ſemper exhorrui, ſed obedientiæ

officio, quã pſtare uolui his grauissimis Nobilibus'qȝ Collegis meis, qui pfecto Eiuſdẽ capaciſsimis auribus, ac Patriæ desiderio plenioribus uerbis satisfacient, & Iis me decentissime submitto.

Quo iam tacente Pontanus ilico sicut munus uidebatur suum expetere paucis ſubſecutus eſt.

Q VVM ipſa rerũ Perfectio nullo prorſus indigeat sup plemento. B. P. quum'qȝ excell'. Doctor Vincentius hac pleniſsime Prouincia functus sit, illud ego tm̃, ipſa re quasi sic exigente cõfirmans dixero, Ciuitatẽ illam tot uariis, tantis'qȝ iam diu malorum fluctibus agitatam, ut parum aliquando abfuerit, quin ultimum fecerit naufra gium, & tuæ imprimis Sanct. penitus addictã summo atqȝ incredibili gaudio uniuersã exultare ob optatissi mũ Eiuſdem ad se ipſam acceſſum, perinde ac solet Ali quis graui laborans ægritudine, dum peritiſsimum pru dentem'qȝ Medicum, de quo certissimam sibi salutem aĩo concipit ac sperat, ad ſe aduẽtare pſentit. Supplices igitur pcamur, obſecramus'qȝ ẽt atqȝ ẽt Eandem pietatẽ ac mãſuetudinẽ, ut ſuæ Ciuitatis rebus & Populi nutan tibus, ne dicam dilabentibus, diuina ſua, qua sũme præ pollet prouidentia, pientiſsime cõſulere dignet'.

Quæ omnia Pontifex amicis adeo, atqȝ iiſdẽ gratis pro ſequutus eſt auribus, mox'qȝ, quum Reliqui iam uacaret ut loquerentur, tam placido, iocundo'qȝ respõso, ut sibi inde fuerint maiorem in modum, quis'qȝ inuicẽ inter ſe, & a longe Patriæ gratulati. Poſtridie relicta iam Fulgi nea ut primũ longo ac ueteri, miri'qȝ laboris sãcti Iãnis Ponte Tyberim amnem transiuit, occurrerunt Ipsi ducentorum Hominum ex frequenti noſtra Iuuẽtute po tiſsimũ ſelecta manus, ſub uno eodem'qȝ simili luxuriosi Serici Indumẽto, pmiſcue ueſtita, Cuius Singuli singu

las haſtas

las haſtas pictas in uenuſtatem manu, ac ſingulos oleæ Ramuſculos ad tēpora, quaſi ad cōſtitutæ iam feliciter pacis ſecundum ſignum, ferentes, Paulum Farneſium Eccleſiā crebris, atq; altiſonis clamoribus iterabāt: Qui ab illa Iuuenū ſtipante Caterua, sub iiſdem ſemper plauſibus comitatus, ad primos Ciuitatis poſtes Iani Vallē Bacchoq́ Mineruaq́ feracem, pauliſper inde ſpectatū conſedit. Videbat' & ibi Porta pleno ſtēmate ex lauro, hedera, aliiſq́ id genus feſtis arboribus egregie circundata, & his pſertim cubitatibus literis exornata.

LAETARE HIERVSALEM ECCE REX TVVS VENIT.

Veꝝ Chriſti Vicarius uix ſubſtiterat, qꝫ ilico Vrbis Decē Viri, atq; alii Magiſtratus à poſtibus exeuntes longo ordine & paſſu quaſi celeri ad Ipſum contenderunt, Cui iam proximi, caput omnes, ſimulq́; genua reuerenter inclinarūt, & ubi per Eū, qui Tiaram faſtigiatam in Perusinæ Magnitudinis monumentum capite ſemper gerit, adeo ut sine Homine, atq; eius hoc itidem ornamento extra Curiæ parietes abire non moris sit, nec Hominem Principum cuiqꝫ, nisi præſentibus aut Pontifice aut Cæſare, capite denudari, ubi per Eū Claues Vrbis pro ueteri more in satis magno operoſi Argenti Cratera præſentarunt, Ciuitatis à Secretis sic fuit exorſus.

SI VNqꝫ B. P. ulla Ciuitas ſuo uiſo opt. Principe lætata eſt, hæc Vrbs pfecto illa fuit, quæ in hoc ad nos T. S. aduentu ipſa tota exhilarari ac eximie recreari uiſa eſt: Nam quum ſuperioribus diebus contemnere iuſſa sua diceremur, & Patriam hanc noſtram ab iſto ſanctarum Clauium Imperio receſſiſſe obloquerētur, & si nunqꝫ à noſtro fidelitatis officio tantillum ab erraſſe conſtanter aſſerimus, eam tū indignationē in pe

ctore tuæ Beatitudinis conceptam uerebamur: quæ pro tam nefario læſæ Maieſtatis ſuſurramine iure uidebat᷑ inſurgere: Verum illa nõ more ſeueri, auſteri'q; Patris corripiendos filios cenſuit, ſed more pientiſsimi indulgentiſsimi'q; Genitoris errabundos Illos reuocauit ad gremium Clementiæ ſuæ, & ſigno Pietatis dato Viſcera Charitatis, quæ præ nimio amore exardeſcere ſemper uiſa ſunt, idulgẽter aperuit, Item'q; ipſoꝝ calore cõfouere, atq; recreare eoſdẽ natos humaniſsime prexit: Cõteſtata fuerat ſuis breuiorib⁹ literis, quæ Ciues oẽs noſtros abolitis prioribus Criminibus in gratiam recepiſſe ſignificabant, ſuam in hunc Populum paternam indulgentiam, indignationem'q; oẽm non modo ſublatam, & extinctam: uerum nunq̃ apud pium illud ſuum ingeniũ cõceptam eſſe declarauerat: Quibus nos firmiter adhærentes, fingebamus in præcordiis ſuis innatam quandã diuinam miſericordiam, Perusiam'q; peculiarem, ſuæ dilectionis filiam ſtatuebamus: Verum illa non contenta declaraſſe literis: uoluit Aduentu ſuo, in quo omnia explorata, tenebris'q; cunctis propulsis penitus illuſtrata, teſtari: Quæ.n. maior unq̃ Dilectio effingi, ne dum reperiri poteſt, q̃ si quis Animam ſuam ponat pro Ouibus ſuis? Inualidus ſenex non æſtu, quo omnia nunc ferueſcere ſentimus, non loci longinquitate perterritus, ad nos, ipſe inq̃ ad nos, ut Ciuitatem hanc suam, Patriã noſtram exactius componeret, profectus eſt: Tum faciẽ illam ſuam mitem, placabilem: manſuetiſsimam oſtendit, quæ in quauis maxima ſceleris atrocitate ueniã aptiſsime pollicetur: Verum hæc ipſa eadem facies cũ tam ſupremi gradus at'q; Imperii Maieſtate cõiuncta, admonet abutendam nõ eſſe tam comis benigni'q; ingenii ſui manſuetudinem, atq; teſtãdam tam ſanctam patientiã,

aut minimum

atq; tētādā .t.s. p.aut minimum irītādā: Quo circa nos Eā hodie nō minus tremebūdi & timidi, q̄ læti atq; hi lares ꝑnis ceruicibꝰ adoramꝰ: Cōmouēt̃ ꝑfecto uiſcera Subditorū ex inſpato hoc ſui Numinis cōſpectu, & præ gaudio effari nequeūtes, uim Cordis occultā, & affectū interiorem Lætitiæ maximum, uultu nō compoſito ad ſcurulitatem, siue ad ineptos, fatuos'q; quoſdā riſus (ut Pleri'q; ſolent) ſed ad lachrimas potius, teneritudinis in dicia passim teſtificantur: Nec Illi ſolum, qui homines ſunt, & rationis ſectatores, uerum Animantia cuncta, Inſenſata omnia Beluæ, Plantæ, Lapides, Parietes, Tecta, Domus, Templa, si ex longinqua quadam ſpecula proſpici poſſent, concuti profecto, & geſtire Lætitia procul dubio uiderētur: Verum enim uero quid nos ina nes inutiles'q; Subditi pro tam propēſo in nos Animo, pro tam singulari in nos Pietate, & paterna in filios In dulgentia rependemus? In tāta tenuitate noſtra hoc ſal tem unum fidelitatis officium Iſthæc tua benignitas nō deſpiciat, dum hi magnifici Decem Viri reipub. proceres ac moderatores ipſo præſente, & iubente Senatu, & Po pulo noſtro uniuerſo has Claues aſsignant Portaꝝ Vr bis ſuæ, & Patriæ noſtræ, Ea s'q; in manibus. T. S. obse quiosissime reponūt, tanq̄ hoc ipſo signo profiteantur hodie, ac renouent obſeruantiam noſtram, & nos, no ſtra'q; omnia iure optimo ſua eſſe tam fideliter q̄ decen tiſsime conteſtent̃. Suſcipiat igitur illa in his Clauibus deuotiſsimam sibi Perusiam, quæ licet ipsi ſanctæ Sedi ſemper fidelissima fuerit, tua tñ Beatitudine ibi sedente eo pronius, ac libentius ſe ſe in ea fidelitate perſeueratu ram pollicetur, quo eius Clementia Ciues ſuos, Fortu nas, Coniuges, Liberos, ſaluos & incolumes, & ꝓxime tralacto bello ab omni excidio & populatione ſeruatos

ſgentiæ fatet ac recognoſcit, & quo pculdubio fore cõfi dit, ꝙ malos Ipſa, ſeditioſosq́ꝫ Ciues lõge abigat, & repellat; ꝙ Ius municipale totũ, ꝙ Immunitates noſtras, ſanctã Legẽ de Homicidis, Illis perpetuum exilium indicentem, ne dum ſaluas, ac illeſas, ſed ſuæ confirmationis Patrocinio cõmunitas, auctas, atqꝫ amplificatas eſſe uelit. Hæc aũt nuper idudcta beneficio ſuo, ac Reuerẽdiſs. Dñi Terdonenſis opera, læta Trãquillitas, atqꝫ ita compoſitus noſtræ Ciuitatis ſtatus, cunctis adeo Ciuium noſtrorum Ordinibus gratus, & iocundus acceſſit ut ſolet Nautis, poſtq̃ Maris tempeſtas, & fluctuũ agitatio ſedata eſt, illuceſcẽtis ſolis Radius & demulcẽtis Auræ afflatus gratus & iocundus accedere: Hanc ipſam uero Pacẽ ſanctam Iuſtitiam, Ciuiũ Aequabilitatem, cæterasq́ꝫ bene inſtitutæ Ciuitatis partes, quas apud nos modo reuiuiſcere ſentimus, diuturnas nobis fore ſperamus: Nec ſolum duraturas, q̃diu S. T. in iſto ſancto Solio conſedebit, ſed perpetuis futuris temporibus, & longa æui æternitate permanſuras deſideramus: Quod proculdubio futurum arbitramur, ubi Illa Præſidem optimum, & á latere ſuo Legatum in Prouincia aſsidue permanẽtem indixerit, & gubernacula Reipub. noſtræ in manibus popularis Vnionis moderãda poſuerit. Illa enim Vnio & cõnexa Ciuiũ multitodo, quæ á Nemine unq̃, præterq̃ ab Auctoritate iſtiꝰ sãctæ Sedis ifringi poterit, aut minimũ labefactari, Tyrannidem exoſa, faſtidiens inſolentiam, pertæſa Digladiationes, ac Direptiones aſsiduas, ſicut Malos, pacisq́ꝫ Perturbatores ſemper cohercuit, ita in futurum nõ minus, immo magis, tuæ Auctoritatis robore ac fauore cõmunita cohercebit: Viuat modo S. T. q̃ diutiſsime, & de Peruſinis ſuis omnia pro pace, ac Iuſtitia ſtabilienda, cõſeruandáq́ꝫ ſibi polliceatur: facit ipſe

Omnipotens

Omnipotens ſupræmus'q; Deus, ut hanc ſuam Seſsionẽ non modo pro Nobis conſeruandis, ſed pro ſalute totius Orbis, pro pace Chriſtianorum firmanda, pro malis Hæresibus exterminandis, pro fide ſua uera propagãda, atq; in immenſum augenda, fauſtã, felicem, tranquil lis'q; lætã tpibus ad dies Petri uideamus accedere.

VErum eo die, nempe ſeptimo Septembris Idus, pro ximam alteram Ciuitatis Portam ingredi Pontifex con ſulto noluit Qui poſtq̃ Magiſtratus humaniſsimo, atq; Eorum pariter expectationi ſpem large promittente ſer mone pteriit, in Pomerio ad Petri Monaſterium, latis ac per magnificis Aedificiis ĩter Alia Casinẽsis cõgrega tionis quidẽ pcipuũ in Italia, diuertit hoſpitio: Vbi & si magnis rerum apparatibus, primũ tñ ingreſſus Ianua fa berrime ſuo Tympano, columnis, atq; aliis ornamẽtis Corinthiis effigiata, mirificentiſsime ſuſceptus fuit: Zophorus aũt ita plausit Aduenienti.

PRAESENTE PASTORE SVO IVRE CORONANTVR OVILIA.

Poſtea uero q̃ diluxit, sãctiſsima Maieſtas ſolenni pompa, atq; Ipſa ſub habitu Pontificio, præcedentibus imprimis cuiuſcunq; Religionem profeſsi generis Ordinibus, mox Doctoribus, ac singulis deinceps Magiſtratibus, Ciuitatem iniuit, multo Ciuium Plausu, ac frequenti undi'q; Confluentium corona, adeo ut Viæ, Triuia, Tecta, nedum feneſtræ, Mulierum præſertim, complerentur: Nec Turbis satis erat uidiſſe ſemel, & propitias ſacræ manus expiationes accepiſſe, ſed utriuſq; rei ſtudio per anguſtos Vicorum inflexus citiſsimo gradu qua eſſet tranſitura, itẽrum inſpecturi sane Homines occurſabant qui'ue, ut

apertius inſpicere poſſent, editiores occupabant Agge res, proculdubio in sacra illa, & eximie diuinitatem exhi bente Præſentia, non ſolum meritiſsimum Apoſtoli suc ceſſorem, ſed Petrum ipſum sibi intueri perſuadentes: Ad Limen secundæ Portæ, præter magnifica eius coro namenta, pendentes'qꝫ ab utroqꝫ latere Encarporum or natus, hoc legebatur ſiterarum.

DILEXISTI IVSTITIAM ET ODISTI INIQVI TATEM PROPTEREA VNXIT TE DEVS.

Dum uero interim ueheretur, Phonaſci pariter ſub dul cibus Musices concẽtibus apud Ipſam incedendo ſequẽ tem camænianum Hymnum decantabant.

Salue Pontificum iubar
  Paule spes lapsi Generis,
  In quo uirtus omnis nitet
  Sereno ut Cœlo Sidera:
Tu fons uber Clementiæ
  Tu Paſtor Gregis peruigil
  Exemplar Recti maximũ
  Lux ingens ſapientiæ:

Reſpice en Pater reſpice
  Fidelem Petri Populum
  Miſerere en urbis tuæ
  Sic obſecramus ſupplices:
Oblitera præteritos
  Reatus, & gratissimæ
  Nos rore dextræ largius
  Conſperge ſalutifero.

Apud Dominici Templũ, qua rurſus Via paruo relictã ſpatio ſecundam ædium ſeriem aſſumit, ſtabat tempora rius præcipua Ioannis Franciſci Camœni cura atqꝫ inge nio positus Arcus, lino Doricam olens effigiem: ubi Co lumnæ ſtriatæ cum ſuis denticulis, Epyſtiliis, Spiris, tum Scamilli Stylobatis ſociãtibꝰ, & Tympani coronæ, atqꝫ alia id genus producta ſtemmata, & præſertim Figuræ nobili arte uetuſtatem & celebres Viros reuocantes, ſum ma oculos paſcebant admiratione: Arcus faſtigium, sa crum & multo in luxu dedolatum Campo aureo tene bat Insigne: Zophorum itidem auratis characteribus talia implebant Verba.

Piiſsime

PIISSIMO DOMINO N. ET CLEMENTIS. PAVLO. III. PONT. MAX. OPTIMAE. SPEI SALVS AC PERENNIS GLORIA.

Intus porro' sub Arcus teſtudine ad ſiniſtram Ingredientis, tanq̃ lectu cōmoda in parte, ſtabant Carmina.

LITTERA reſpondet Patriæ Fautor'q; ſecundus.
Et reſonat mirum Syllaba iuncta duplex:
Nomen Apoſtolicum, numerus quo'q; perficit omen;
Ergo bonum expectes Gens Perusina DEVM.

Pariter & Proſa ad dextrum latus.

DIVO PAVLO. III. D. N. SANCTIS. DEI OPT. MISERATIONE AC PROVIDENTIA Ad FELICEM CIVITATIS QVIETEM PIENTISSIME CONVERSO, SIMPLEX HOC INDICIVM LAETITIAE, LONGE TAMEN AMPLIORI ANIMO SVPPLICITER EREXIMVS

A frōte uero poſteriori, in altero pariter Zophoro illud ducebatur Diſtichon.

SPECTATOR Primi ſuperabit pace Secundum
Tertius ætherea Paulus ab Arce DATVS.

Cæternm ut ſanctissimum Dñm Arcui proximum uidit Camænianus Puer, is Angelum agens in faſtigii planitie ſtatim apparuit, mox uocē ad ſequētes emisit uerſus.

Optime Chriſtigenum Rector ter maxime Princeps
Sancte Pater, qui ſacra tenes, & tartara claudis
Clauiger o' magni fortunatissime Cœli
Paule, beatificæ diffundas numina Dextræ:
Te Deus omnipotens ſummo delegit Olympo;
Vt Populos tueare ſuos & pacifer adsis:
Hoc Pater alme precor Perusinam en aspice Gentem
Aſpice Thuſcorum decus, & pia fœdera condas
Aerumnas miſerere graues, Vrbem'q; labantem,
Virtutem'q; foue, doctas & Palladis Artes,
Quas tua diuino Mens dogmate continet omnes:
Sic tibi ſuccumbat Mahumetica secta beato,
Viuendo ſuperes Pylium feliciter æuum.

Ventū eſt p̃terea ad Parietes noſtri martyris Herculani

qui quum parta egregii Operis mole, atque in coronā circū acta medii latā ſemitam diuidāt in Biuium, pulchrū de ſe ſpectaculū proſpectibus exhibēt oculorum, & propterea ibi Fons erat ad eorum baſes duplic. erectus gyro, aquā ſuis Tubulis extollēs. Sed Coronæ lino productæ, ac ueterū Laborū æmulationē referētes, ſub uariis, uenuſte'que effigiatis Simulachris undique depictæ oſtendebant. A' media uero Colūna, q̄ fontis Cōcha decēter p Symmetriis elata firmabat, pendens Tabella has tenebat literas.

A' PAVLO TERTIO FONS CHARITATIS.

Martia deinde Porta, & antiquorū Mœnium primaria, quā præpotens Numen ſiniſtram capiens ptinus aſpexit, quia forſan ab uetuſtiſſima ſua, & ppterea uenerabili ſtructura ſatis ornari putabatur, nihil quidem ornatus habebat noui, pter hæc uerba, perinde ac in Peruſinis futuris ſucceſſibus uerum Apollinem demoſtrantiā.

IN BONIS IVSTORVM EXALTABITVR CIVITAS, ET IN PERDITIONE IMPIORVM ERIT LAVDATIO.

Hæc pariter emenſa, iam in ea paſsim, quæ Via recto filo ad maioré ducit Plateam, longo tractu ad Parietes hinc inde, aut felicia ſancti Principis Inſignia plenis rerū Coronis feliciter inſignita, aut grandiū capaces Orbes elementorū occurrebant: quorum Illi qui dextrorſum ſpectabantur, Intuentibus afferebant.

IVSTVS IN AETERNVM NON COMMOVEBITVR, IMPII AVTEM NON HABITABVNT TERRAM.

Qui uero ſiniſtrorſum,

PAVLVS PONT. PIENTISS. PERVSINO POPVLO PATERNA PIETATE PROSPICIENS, PACEM PER OPTATAM PRAESTABIT PERPETVO PERMANSVRAM.

Poſtremó quaſi in maioris initio Fori pulcher, ſimul'que eminentiſsimus, atque Is Marii Podiani prouincia, itidē

ex lino Arcũs erigebat, Eorꝫ mire imitãs Imaginẽ, q Ro-
mæ ex Marmore duraturo Triũphãtibus in bñ geſtarum
Reꝝ æternitatẽ poni cõſueuerãt. Qui utrũq; Fori produ-
ctũ ad unguẽ latus ampleꝗtẽs, treis Portas, quaꝝ Media
latior atq; excelsior Aliis, ſub Ionica Figura luculẽter fa-
ciebat. Sed quãuis Vna quæq; Columnis unã cũ ſuis uo-
lutis, capitulis, trochylis, plinthis, deide Intercolũniis, & ua-
riis ibi Picturaꝝ generibus, tũ ſuaꝝ pariter Teſtudinũ
inflexibus, atq; Imaginib⁹ circũquaq; diſpositis honeſta-
bat, lõge tñ Media nõ altitudine ſolũ, ſed Tympano, ſi-
ma, & Corona dẽticulos, cymatia, Zophoꝝ, faſcias egre-
gie poſſidẽte, cernebat illuſtrior. Stabant pro more Acro-
teria ſup obductæ ſimæ cacumẽ profundius eleuata, ut
Domoꝝ tecta ſuparẽt, quæ utrinq; a ſingulis erectis Gry-
phis cuſtodita, eiuſdẽ Sanctitatis odoratos Flores Occur-
rẽtibus pſentabãt, & ſub iiſdem pariter Tetraſticon.

INGRVERAT PLENIS SEX SANGVINIS ORBIBVS HORROR
EN SEX PRODVXIT LILIA CVLTVS AGER.
GRATA QVIDEM CVNCTIS HAEC MESSIS SENSIBVS ERGO
SPEM FACIT HIC MAGNAM GENS PERVSINA DEVS.

In magno Tympano literis legebatur cubitalibus

CLAVA PIETATIS IN SCELERVM MOSTRIS NOVVS ALCIDES.

Deinde in Zophoro,

SOSPES IAM ATQVE SVPERSTES AESCVLAPIO SVO
VRBS MERITO . D . PERVSIA .

Ad ſiniſtrum uero cornu minoris Portæ,

MAGNVS AB INTEGRO SOECLORVM NASCITVR ORDO.

Pariter ad dexterum Alterius,

IAM REDIT ET VIRGO, REDEVNT SATVRNIA REGNA.

Cæterum ſub maioris Portæ incuruamine ad ſiniſtrum
Pontificis oculum ea ſe Carmina demonſtrabant.

HIC HVMERIS Atlas non ſolum pondera Petræ,
Et ſuper Hanc Templum portat & enſe Tubam,

i . 1

Aſt Onus hoc dũ fert, & Petram, & deſuper Aedem
Induit & Paulum moribus, ore, SONO.

Porro ad dexterum Proſa

ANGVES FELICIVS IN LILIA: SALVTARIS IN CADVCEO METAMORPHOSIS.

Nec Scriptis carebat ſecunda Arcus facies, quippe quæ i tanq̃ in abeuntis poſtea sũmi Principis plausum, in ſuo Tympano iiſdem literis cubitalibus

TERTIVS E COELO CECIDIT CATO.

In longo Zophoro

VRBS AVGVSTA DEVS NOBIS HAEC OCIA FECIT ATQ VE ERIT ILLE TIBI SEMPER DEVS

A siniſtra in minori Hoſtio.

VIR IN ALEXANDRO.

In altero á dextra

NVNC DEVS IN PAVLO.

Scriptum habebat: Verum dum mira attentione Pontificis oculos triumphalis Arcus detinebat, ecce ſuper coronæ firmamento ad Tympanum ipſum ingenti primo lituorum, aliorum'q; pariter Musices Inſtrumentorũ omnia demulcente cõcentu, mox Tormentorum inſequentibus bombis Sidera ferientibus Lætitia Dea, lætitiam ipſam fronte, geſtibus, uiridi'q; ueſtitu decentissime p̃ſe ferens repente prodiit: Quæ dextra bonam ferens Fortunam, nec quasi pedibus ſtare potens, uiſu hilari, pleno'q; riſus incœpit fari perfigurans Acromata.

IO salus Terrarum, io Spes Gentium
Accede, io felix incrementum Iouis
Auguſte trãsi Domine, io Petri iubar.
Aduentum at ipſa nolo tuum nunc bene
Vrbi ominari, ac dicere ei felix siet;

Nam

Nam Sors Deos nec uerſat, nec agunt Aues,
Immo quod unq̃ decretum ab illis fuit
Nunq̃ reuocatum eſt, id uenit ſed proſpere:
Mores tui, Virtus tua, ac Pietas simul
Talem dederunt, ꝙ Deus sis Meritis:
Propterea & Vrbi præſto' sit felicitas,
A' te ſuo ueniens Tutelari Deo:
Nec uideo rurſus cur bonum precer tibi,
Nempe ut sit Acceſſus tibi huc felix tuus,
Vbi Cupido nulla Diuos augeat,
Sed Ii uocantur precibus & uotis Virum,
Velut uocaris hoc frequens tu populo,
Et prope diem inuocabit omnis Angulus,
Et orbis horridæ canent Gentes noui:
De hinc licet non loquerer, ipſa quæ siem,
Vos tamen ab ore me sereno tam meo,
Ex hoc amœno ornatu, ab his uagis Comis,
Ab uoce/Geſtu hilari, pedumq; fluctibus,
Ab Ignibus, bombis Machinarum Aeneis,
Quæ cuncta me moſtrant, loquuntur undi'q;,
Vel noſſe deberetis: atq; in his simul
Euentibus, ueſtri modo si gaudium
Penetrale Cordis intimum excurrit probe:
Certe Ipsa sum Lætitia: non Baccho sata
(Vt Vana credidit uetus Gens & rudis)
Sed magnus optimus dedit lucem Deus:
Qui proſperis Rerum omnium Successibus
Iam me tum alit, fouet: Quapropter Perusiæ
Vrbis uerendæ, nobilis, magnæ, ſacræ,
Et literis, Armis'q; ſemper fertilis,
Quæ tota uultus hos beatos dum uidet
In me profecto uertitur Vnam: modo

Illius inquā cauſa ab Aſtris igneis
Lætitia læta prodeo in Proſcænium,
Verbis, Iocis Lætitiam agens me ſcænico
Sub Pallio: sic uerbis induam tuæ
Perſonam: & id quod illa propter gaudium
Ne dum loqui potuit, Ego ipſa nunc loquar.
Verum quid hoc? lætitia sic ſtringit, premit
Horum Penatum me Lætitiam Deam,
Vt impotentia repræſentem mea
Vrbem uenuſte, & maxima cum gratia:
Quod Noſtrum igitur Vtraq; nequit, quam ſcilicet
Spem, quale gaudium, uoluptatem capit
Quantam, ab tua Præſentia præſens Solum,
Et qualibus Animi benigni affectibus
Suſcipit Eandem fida grata Perusia,
Diue his meis moſtrabitur signis Pater
Et hic quot Annis feſtus ita agetur Dies.

Vix Dea nouiſsimos Iambicorum Pedes finierat, q̄ ſtatim Aenea Tormenta rurſus, Lætitiam abeuntem ibi lōge magis per fumū ac ingentes boatus illam oſtenderūt adeſſe: & iam ſub iiſdem Tontruis, ac frequentibus Paulum Clamantium uocibus, & Numorum imprimis ſemente, quos ab ingreſſu prioris Arcus, ueluti pontificium Congiariū, uſq; adeo munifica Sanctitas ſpargi iuſsit, ad Diui Laurentii tandē Ciuitatis p̄cipuam peruenit: Quæ ēt ipſa, Portam ſuam pro officio & læti Animi argumento Columnis & Zophori ſuperis, & inferis faſciis egregie uoluit inornare, atq; idem meritiſsime inducta per Zophorum literarum Triade.

INVENIT. INCEPIT. PERFECIT.

Quum autem Proepiſcopus atq; ipsi inuicem Aedis Canonici ſolennibus Cærimoniis compleuerint ſupplicationes,

nes, ſacroſancta Sublimitas itidem in ſede uecta ac Genti
tium acclamāte frequētia Vrbis ſuæ Palatiū, qđ iā pridē
Eius māsioni Reipu. Præsidētes ceſſerāt, iniuit: ad cuius
Fores, ut Encarporum luxus, ac fulgentia Coronamen
ta ꝑtereamus, tanq̄ dictio ſup re hmōi iam sit tædiū cō
ſecuta, illa ſūmope ſcriptura Pōtificis gratiā cōciliauit;

EXIIT VNDE FIDES, PROBITAS, SPES, SERVITIVMQVE:
PAX, ASTREA, SALVS INTRAT, ET IMPERIVM.

Aliquibus deinde poſt horis Iidem Magnifici (ut fert)
Priores non tam maior ut Animi hilaritas significare
tur, q̄ quia sic debiti ratio uidebatur expetere, longa
Ferētiū ſerie, qnquaginta imprimis, ac cētū Hordei ſarci
nas, Cæreos XII. albos, pariter'q; id genus Candelaꝝ
faſces Viceni, Capſellas Bellariorum LX. preſſos
itidem ex ſaccaro Panes quadragenos, Oenophora
Apiani, & Falerni C. Caporum paria LX. Vitulas
IIII. Verueces X. Eidē miſerunt in munus, atq; Iſthæc
oīa ſub his pariter sui uerbis Secretarii.
VETus erat apud Perſas conſuetudo Beatiſsime Pater,
& iure optimo quidem ſancita, ut Nemini ad Princi
pem liceret ingredi sine Munuſculo: Itaq; quum Ma
gnifici Decem Viri ad iſtos. T. S. pedes ualde cu
piant introire, & illos tanq̄ Dominos ſuos, ſuæ'q; liber
tatis, ac ſalutis uindices cōplecti, atq; ꝑpius appellare,
præmiſerunt me hominem q̄q̄ infimæ conditionis, Mi
niſtrum tamen publicum, & á Secretis Eoꝝ fideliter pro
deuntem, ut hæc pauca, atq; exilia Eorum nomine Iſti
ſancto Numini tuo perinde ac Primitias publicæ Rei,
& Eæ q̄ ex uiribus Perusini Populi, sint. T. S. Libamē
tum quoddam, offerrem: ut inq̄ obſeruata Perſarum
conſuetudine datum sit Illis honeſtius Ipſam adire,

afferre'q; de more salutem & adorare: Sed uideat quæſo S T. ne potius effectum Rei & munuſculi pondus, q̃ Dantium uoluntatem duxerit eſſe perpendendum. Hæc enim, ét in Magnis (ut eleganter dixit ille) laude ſua carere non debet, & Ipsi Decē Viri id quod per exhauſta difficultate Temporum Vectigalia datum eſt sibi, non qd' iſtam ſanctam deceat Celsitudinem impendunt: Artaxerſes ille Regum maximus ſemel inopem Quendam concaua manu ex propinquo flumine simplicem Aquã afferentem inter gemmas atq; Aurum, Hominis animũ admiratus, læta fronte ſuſcepit, laudauit, & liberaliter proſequutus eſt: Ita S. T ubi Alii Grandia cõdonarũt, á Perusinis ſuis sincerã fidem, promptã obedientiã, Volũtatẽ eximiã, quæ cæteris Theſauris atq; opib⁹ p̃põderãt, placeat libẽti aĩo, & ſereno Vultu ſuſcipere.

POST q̃ igitur per diem quieuit, ſuperiores Dñi una cũ magnificis Camerariis (ita. n. ſecundus appellat' Vrbis Magiſtratus) ad Eam acceſſerunt, nõ quidẽ ſolum debitæ uisitationis gratia, uerũ etiam ut efficacius plena Oratione quã per Marium Podianum haberi mãdauerant, ingens gaudium exprimerent, simul'q; ſuis partibus cumulate fungerentur: Is igitur ubi datã sibi eſſe fandi anſam cognouit, hinc ſumpsit initium.

De Origine & Laudibus Perusiæ Oratio.

QVVM mecum ipſe cogitem Pater Opt. Max. quid potiſsimum mihi in præſenti ad dicendum aggrediar, Vnde felicem tuum ac tam diu Nobis expectatum Aduentum, ea, qua decet, Animi hilaritate excipiamus, Vnde pariter & hæc ſua deuotiſsima Ciuitas in p̃cipuũ Cordis affectũ iam coram á tanto Numine ſuſcipiatur, nullum quidem Argumentum magis opportunum inuenio, atq; magis uideri his duobus cõuenire, q̃ ut ab Vrbis

celsitudine

celſitudine, ac suis inuicẽ magnificis opibus orationem exordiar: Nam cum res aliqua laudatur, atq; extollitur cõmendatione, hinc ſensim per aures naſcitur desideriũ Eius, quæ si poſtea deferatur in munus, Ibi tum clariſsimo hilaritatis signo aduenientes Dñi recipiũtur ex ea, atq; Illa ab Ipsis cõtra gratiori quidem ſumit uolupta tẽ. Quod ubi S. T. Res noſtras ea fortaſſe magnitudine ac Virium refertas excellẽtia, qua minus eſſe putauerat, intellexerit, Nõne, dum Ipſa Dictionis intentionem cogitabit, & á Subditis ſuis gratioſe ſuſceptã eſſe uidebit? & hanc Ciuitatem, quãq̃ ſua sit, uelut tñ recens donũ, maximo pietatis ardore rurſum accipiet amplectetur fouebit? Quam obrem quum Is sim, quem meis Dñis inter Multos longe p̃ſtantiores ad hunc faſcem (q̄ quantum honeſtas ac ſeruitus mea paſſa eſt imprimis, recuſaui) placuit eligere, patiatur obſecro B. T. hoc me inculto ſermone uagari, & mihi paulisper suas Aures ad facilitatem accomodare dignetur & uelit: Ita .n. me gerã in dicendo, ut prius finem fecero, q̃ munus meum arbitret̃ Ipsa sic breuiter impleri ad unguẽ potuiſſe. Illud uero imprimis p̃fari libet, nullam Vrbem in Italia, nullam in heſteris Ciuitatem Regionibus ab Aquarum inundatione reperiri, quæ quidem de originis Antiquitate, de uiribus, de laudum magnitudine per ea prima Tempora, de' q; poſtremo ſub recẽtioribus Annis, & Armorum, & literarum ſtudio potuerit unq̃ cũ Hac noſtra parte ulla cõtendere. Et ne longe ab Veritate uerboſus iam uidear incepiſſe, sic Patriæ ductus affectu, hoc ipſum non minus hercle ueris & probatis q̃ antiquiſsimis Authorum Scripturis, ac illuſtri rerum æternitate plane' conſtare demoſtrabo. Nunc ut eius Initia percurramus (ſolẽt enim hinc potissimũ Vrbes extolli) & imprimis q̄ Atheniẽſes,

Peruſia omnibus Aliis p̃ferenda.

Vliſtes, Peruſus Diomedis frater (ut dicunt) Eã ædifica uerint omittendo, qñ res nec uera, nec uerisimilis sit, & ipsi Scriptores, dũ aut aliqd certius afferre, aut rudẽ cal a mo Vetuſtatem ſuperare cogitãt, Noua ſemp conant̃ in ducere opiniõe magis ꝙ ueritate cõfisi. Certe patet Noã in Arca ſupſtitem, qui uigesimo poſt Orbis ſalutẽ, & du centesimo Anno ad filios multo ante huc á ſe miſſos in Italiã uenit ad retundendam nepotis Chemeſenui ex Ze roaſte filio, q tũ ibi imperabat, iſolẽtiã, mox Hetruriæ si ue Thuſciæ Partes ingreſſũ, quæ tũ Vmbria (Authore Myrsilo) dicebat̃, in hoc loci, in hoc inꝗ ꝑprio noſtro situ æternã sibi ac Poſteris ſedem erexiſſe: Attendat pa rũper quæſo. S. T. Illa tẽpoꝝ antiqtate hic Mõtes inerãt duo, quos media Vallis ea diuidebat amplitudine, ut ad huc ẽt euidentiſsima priſcam illam situs imaginem pla ne' oſtendat effigies: Hic Noa, qui ob Vitis inuẽtionem fuit & Ianus mox ex eo cognominatus, in altero aliquan to inferiori duoꝝ Montium Iugo tũ Regiam cũ fano, & Oppidulũ pariter, qđ Turrenã dixit Auguſtalẽ, ædifica uit: Id qđ nõ ſolum. M. quidem Catonis apertiſſime ꝓ bant monumẽta, Verũ, & loco cõfirmat impositum no men, & Vallis ſua ipſa uoce cõſentit: Turrena Auguſta lis (ut diximus) appellabat̃, poſtremi Fũdatores poſtea (ut inferius apparebit) ponẽdo n. literã añ, ubi e, prius ꝓcedebat, & uocẽ Oppidi sine. r. altera corripiendo, ſua dente utrũqꝫ faciliori linguæ profatu, ex Turrena Tur neã inceperũt nominare, hincqꝫ Noſtri deinceps. B. pro T. ob literaꝝ affinitatẽ poſuiſſe, & Burneã sic pro Tur nea, quæ pars nunc una e' quinqꝫ eſt Regionibꝰ Vrbis, uocauiſſe, nõne poſſumus iure tenere? Itidẽ & de Valle dicẽdũ, quæ quũ Vallis antea Iani ab ædificio nũcupa retur ſuo, nũc corrupto uocabulo Eã indiſtincte Vallia

Peruſia a Noa ædificata.

num

nium appellamus. Præterea uetuſtiſsimũ Vrbis Oppidũ, uerꝫ ſi primæ (ut adhuc cognoſcere licet) cõſideret̃ Rui næ, plane' nouitiũ hoc tutat̃ monumẽtũ: Q d' ubi ferũt CORCIANVM modo, quippe Cranum Iani filiũ, quem Pater uná cũ Comero nepote ex Atlãte, dũ in oẽs orbis Prouincias Colonos ſeminaret, in Italiã deſtinauerat, & Caſtrum fundaſſe & Coranũ illud á ſe, o' litera tm̃ inſerta, cognominaſſe Veſtigia uolunt ac Nomen: Ipſe igitur Ianus ſiue Noa poſt ſuæ Regiæ ædificationem XII. per Prouinciã poſuit Colonias, electis totidẽ Præ ſidibus, quos dedit Lucumones appellari: Et Ii quũ ſin gulis lunarib⁹ Nonis ad Ianũ huc Regẽ ſalutãdũ ſimul de more cõuenirent, Ibiqꝫ Ipſos Ianus uim Cœlorꝫ, arca na Rerꝫ, Diuinationes, in Deos ritus, optimáqꝫ uiuendi ſeriẽ quũ doceret, mox docturos ſuas Quẽqꝫ Colonias, Illũ Sagã ob id. i. ſacrorꝫ Põtificẽ, Illũ Olybama & Arſa quod eſt cœlũ & Sol, illũ Chaos, Mũdi ſemẽ, Deorꝫ pa trẽ, aliiſqꝫ pluribus uocitarũt Cognominib⁹, & diuinos impẽderũt honores: Hinc quoqꝫ Regia Prouĩciæ nomẽ dedit, Cui poſtmodũ, ubi aliquádiu Turrenia dicta fuit, Hetruriæ, ac ſimul Thuſciæ Ro. lingua inoleuit appella tio: Cæterꝫ ne illud quidem tranſeat̃, Ianus oppidum Turrenã noĩe, á Turſib⁹. i. Aedib⁹ crebris, ac Põtificiis, atqꝫ Idẽ ut i ſuis fundamẽtorꝫ initiis felici augurio cõſe cratũ, ſimulqꝫ reb⁹ p̃cipuũ cẽſeret̃, & nobile, Auguſtalẽ pariter, ubi nos Auguſtã (paſsim. n. ĩueniunt̃ Vocabula, q̃ eundẽ fere' ſonũ, ne uim dicã, adhuc retinẽt, qualẽ in hetruſcis Elemẽt s habebant) ſanctiſsimo uoluit cogno mẽto dictitari. Adde ꝙ eo' peruenerit auctoritatis (q̃ppe quæ ſuas opes & uires Terra Mariqꝫ diffuderat) ut Vrbs poſterior altera ad Ciminii radices mõtis, quasi Noſtræ aucuparetur honores, Turrenæ ſibi noĩe adſcripſerit,

Q uin ubi Prior mox Perusiæ nomen contraxit, & Illam breui apud Heſteras Gentes pro uera Turrena pariter inceptū eſt haberi: Vnde nō ſolum Iſti, ac Nothis ſuis Turrenis, Auguſtalis Patriæ ſane' aliquoties propria tribuebant', sed poſteri fuere Scriptores, qui pro finitimis ſub Perusinorum nomine his inq̄; Nothis in Dictionis tractu Turrenos quidē legitimos noſtros aſsignarunt. Hæc ſunt prima Beatiſsime Paſtor Ciuitatis tuæ fundamenta, Cuius ob reſpectum rei ſolum inter oēs alias potior, atq; inter potiores potiſsima tuā apud. S. uel eſſe debet, & pdicari. At nō multo poſt tempore (ut Beroſus ponit) Griphonii populi ex Armenia in cuius Gordieo monte Nauis Iani quieuit ab aquis, & propterea Ianigeni appellati, ad AurunūCoritū Iani nepotē de Crano patre, ac in Regno Turrenæ auguſtalis ſucceſſorē, tan q̄; ad Idem Genus uenerunt: Qui hoſpitio & ad Sedem unácum Ianigenis, & Rasenuis ſuis. i. ſacris Propagatoribus, ea gratia ab Auruno corito ſuſcepti (Coriti. n. Reges ab Hetruſcis ut apd' Romanos Quirites dicebantur) nouas Arces poſuere: Sed quo in loco? in hac altera ſuperioris Montis planitie, quem adhuc locum ſolis Montē nominamus, & hoc iam ſecūdum oppidū, q; Perusiam. i. Gryphoniam uocauerint, Nobiſcum aliquot bonæ laudis Scriptores ſane' conſentiunt: Perus. n. Hetruſca lingua idem eſt (ut traditur) quod Griphon, & Vrbem Perusiam pro hæreditario Insigni ſuo Gryphonem, q; forſan Auis si nō eſt uera, hinc fuit excogitata, ſemper in hodiernum hucuſq; Diem retinuiſſe, id ipſa res oſtendit. Poſtremo quū Turrhenus Atis filius atq; Herculis Pronepos ex Omphale, á Dardano, Q ui Iasii fratris interfector ab Italia fugerat, quæcūq; illic haberet regnandi Iura, uendicauerit, Iam ipſo imprimis magna

Secūda Peru-ſiæ ædificatio.

mis magna

mis magna parte agri Mœonici (ex quo ĩcepit Troianũ Imperiũ) a patre Ati munerato, Lydo fratri relinquẽs Regnum cũ maiori populi numero ꝓpter oris anguſtiã ad has noſtras huc acceſsit: Mox á Cybele & Coribanto Iasii tanꝗ ex Herculeis, Ciuilitate (ut Berosi utar uerbis) Raſenua, ac XII. cum totidem Ducibus illarũ, quas Ianus poſuerat, Coloniarũ Dinaſtiis, hoc eſt, poteſtatibus donatus eſt, & Ipsi ſe ĩ Phrygiã ad Dardanum cõtulerunt: Quã ob rem poſtꝗ tot inuicẽ ædificãdis Vrbibꝰ Tarcontẽ, quem ab ineunte pueritia (tanta in eo floruit Sapiẽtia) caneſcentẽ dixerũt, ꝑfecit, singulis Turrhenus imperauit, ẽt ĩ His priſco Coloniaꝵ more p Lucumones ad regendũ obſeruato: Vñ hæc duo Oppida & ſe cõtra ſpectãtia, tũ aeris salubritate, tũ sitꝰ elegãti fortitudine, & ſuis ꝑſertim Fũdatoribus illectus, repleta iam Vallis Iãni profunditate Ipſe mœnibus coniungi uoluit, Tetrapolim Ciuitatẽ effecit, Eam'qꝫ ab altero Nomẽ accipiendo (tametsi partem illam separatim, ẽt Turneã Turrenæ loco uolũtate linguæ tunc inceptum sit uocari, quæ in Burneam ceſsit poſtremo) atqꝫ ab Altero Caſtello cognomentum ſumens, Perusiam Auguſtam, ut hoc elegãtius illo Auguſtali Epytethon, appellauit, tũ ibi Regiã de more sibi ꝑpetuã elegit, ac tãdẽ caput Reliquaꝵ XI. Ciuitatũ fore ſemper & iuſsit & ſãciuit. Sed Nobis quid ĩponit? ꝙ Patrii & Romani Scriptores aſſerãt Turrenos in Hetruria uetuſtiſsimos eſſe, Eoſdem'qꝫ uel á Iano uel ab Nemine deriuatos, Tũ Atis filium nõ Turrhenũ ſed Torebum fuiſſe, & si ad Turrenos tñ uenerit, utiqꝫ non ab ipſo Indigenas nominatos, ut de aliis ẽt Italiæ locis sibi adſcribunt ad iactantiam Græci, Verum ab Illis eũ potius Turrhenũ; uocatum eſſe: HocNobis uł affert nihil, q̃ñ Ipi siue Turrhenꝰ siue Torebus fuerit, Eius cõce

Tertiã Peruſiæ ædificatio.

ſant Aduentū, tum demum Peruſiā inſtauratione am pliatam, poſitas'q; ab Illo Ciuitates (Patria nō omiſſa) XII. atq; illa oia q̄ de Ipſa teſtati ſumus, Veteres, Nouiq; nec eā titicias, & ſint cū Græcis Q ñ Thraſumenū filiū Lacui noſtro nomē ſua morte æternū dediſſe, Iunonēq; Turrhenoꝝ more iiſdē tpibus apud Peruſiā icepiſſe co li ſatis cōſtare uideamus: Quæ ſané cultus Cærimoniæ uſq; ad Auguſti peruenerūt ætatē: Sed Ciuitas poſtea á Cæſare capta, pariterq; incēdio, ob egregiū Peruſini Ce ſtii cognomēto Macedonici ex Domo ꝑpria ſibi paratū Rogū, cōſumpta, Vulcani tm̄ ſuperſtite Tēplo, ac pau lopoſt renouata, ob rei miraculū Vulcanū ipm in Deū Patriū Iunonis loco uēdicauit. Præterea nec ullo pacto Trogi ſniæ inhærēdū eſſe cōtēdo, q Græcoꝝ ſecutus mo rē, tradit ab Achæis, quū potius Ipſi Ciuitatē potuerit uſ augere, uel ſitu humiliore, atq; magis ab ædificiis nobilē efficere (nā cū Turrhenis ſiue Tyrrhenis hanc Orā mox habitarūt) nos Primordia ſuſcepiſſe, qm̄ & nihil aliud Eius Verba ad credendum habemus, & Auguſtinus te ſtat́ fidelioribus oſtenſis literis plané Trogū mētitū fu iſſe, tū Ro. dicūt Authores, in illis ſemp quæ ad ſuū mo numentū, ac decus ptinere uident́, Græciā mendacē, ac fabuloſā extitiſſe, ſimulq; de Gentiū antiqtate magis In digenis & uicinis q̄ Externis, remotiſsimis'q; eſſe fidē adhibēdā: Nōne deide mos admodū celebris inoleuit? cōſueſſe Hoies ad gloriā, & ſuæ incremētū Auctoritatis, aut Viroꝝ illuſtriū icunabula, ut cōtigit Homero, de cu ius Patria tot hoium ſimul genera decertarūt, aut nobi liū Ciuitatū principia, Id qd́ ferť de Vrbe Roma, mille reꝝ cōmētis, mille Argumētoꝝ ſuffragiis, mille ſuis rōni bus ſibi uēdicare. Quare ꝑſpecto iā Aetatū ſucceſſu, uno & Septuageſimo, ac Ducēteſimo āno ſatis patet ab or

Tpā Pe ruſiæ cōditæ

bis

bis inũdatione primã Vrbis ædificationẽ fuiſſe: Dein de ab prima ad ſecundã unũ & XX. ac C. á ſalute uero Ducẽtos XX duos, poſtremo á ſecũda ad tertiã L. cir citer & Quadringẽtos, Veꝝ á Diluuio tres X L. ꝑſus & Octingentos Annos defluxiſſe. Ex illo igitᷣ tẽporis Supreme Põtifex hæc ex metropoli mox tetrapolis tua Ciuitas ſatis mœnibus, ſatis ædificiis, ſatis Populis, om niũq; Rerũ ꝑmunita ſatis, tũ illaꝝ XI. Vrbiũ, itidẽq; priſcaꝝ Gentiũ, ac uniuerſæ iã Hetruriæ primaria per multa Annoꝝ Sæcula & Diſciplinis, & Armis uſq; cla ruit inuictiſsima, ut ſuoꝝ opes Hetruſcoꝝ, qui ab Ipſa prius Turreni, & aureo nati sæculo dicebantᷣ, Terra, mariq; late patuerit & maxio in icremẽto: Nã, ut præ tereã, ꝙ in illis reꝝ initiis finitimos Vmbros Trecentis expugnatis Oppidis, & Pelaſgos cum Rege Amno ui numeroq; potentiſsimos expulerint, ab Infero mari ad ſupeꝝ, Alpesq; cũ totidẽ duodenis Vrbib⁹ ſecũdũ origi nis capita, trãs Apẽninũ terras, atq; oĩa trãs Padũ loca, excetto Venetoꝝ angulo, Italiã demũ oẽm tenuere: No minaq; argumẽto eẽ teſtatᷣ Liuius, ꝙ Inferũ mare Thuſ cũ & Tyrrhenũ, Alteꝝ uero Adriaticũ ab Adria Ipſoꝝ Colonia uocatũ eſt: At poſtꝙ̃ ſub hac prima auguſtali inſtrui desiere, & Prouĩciæ Coriti i. Reges in ea ſecũda Turrena, Cære, Clusii, aliisq; i locis ſedẽ habuerũt, cõcor dẽ illũ regẽdi ſtatũ diſſolutũ fuiſſe, & Ciuitates ꝑpterea diuulſas, Quis (ut dixit Strabo) nõ ſuſpicetᷣ? Immo Res quidẽ cõtulit, ut nõ ſolũ tot ſtrages ad Sutriũ, ad Vadi monis lacũ, quẽ crederẽ nũc Vulgo dici Bulicamẽ. & Cyminia iã pridẽ Silua penetrata aliis in locis & tpibus acceperit Hetruria, ac in Ro. uires oĩa tãdẽ uenerint sed ipſa cũ paucis Clusinis mox ſola Perusia alterã á Cn. Fuluio Proprætore & á Fabio Max. COS. Cladẽ alterã,

ac priori itidem Anno ab Eodẽ Mœniũ oppugnationẽ paſſa fuit: Illud tñ non omittam, ſi Hetruſcos unà cum Romulo fundamenta Vrbis poſuiſſe, & á ſe ẽt noiaſſe Romæ & Mõtes ac Regiones, tum pariter Cærimonias, Prætextã, Anulos, Secures, triũphales Currus, aliá'q; id genus ornamẽta in Romanoꝝ uſum cõtuliſſe, atq; eoꝝ auſpiciis Romulũ paſſim in acie uictoré euaſiſſe, ſcribãt Authores, ſi ab illo immani Galloꝝ agmine, qui Romã ac totã Italiã deuaſtarũt, cũ aliquot ſe finitimis Populis tutati fuere, ſi poſtremis temporibus tam ſæpiſsimæ fortunã belli cũ Romanis tentarunt, ſi ob Hetruſcũ bellũ nõ ſemel Romæ trepidatũ eſt, ſi tot habuit. Q. Fabius Cõſulatus, & Dictatores creabant', Hoꝝ oium potiorem partem á Peruſinis profectã eſſe, Quis amabo' auderet unq̃ nisi fatuæ mentis Homo inficiari? Verum quũ iam uideret Peruſia illo ueteri ſpoliata Imperio rem belli cõtra Romanos hoſtes ſuo potiſsimũ ductu atq; auſpiciis agi non poſſe, tametsi adhuc caput Ciuitatum ſeruaret', Fortunæ ſapienter cædens á Romanis pacem unà cum duabus aliis Vrbibus poſtulauit: Cuius loco ſecundas Indutias in XL. Annos impetratas (Eas.n.primas Prouinciæ conuiciis deuicta ruperat) sic illeſas cuſtodiuit, ut eius Ciues in fœdus fere' perpetuum abierint, & Caſilinum Campaniæ oppidum fideliter in illa tam memorãda fame tenuerint, deinde ueſtes, frumentum, Arma, Abietes ad fabricãdas Naues in Eoꝝ apparatibus ſemp ſuppeditauerint: At longo poſt tpe. L. Antonius .M. Antonii frater, qui Auguſti Cæſaris arma fugiens ad Eam confugit, Peruſiam rurſus Romanis Indutias frangere, ac ultimum excidium perpeti cõpulit: Quæ breui tñ ab eodem Auguſto ſub. C. Vibio inſtaurationem fuit & Colonias cõſequuta: Id qđ & ſi á uetuſta illa ad

Peruſini omniũ Hetruſcarũ laudũ participes.

Peruſinorum fœdus cũ Ro.

Martiam

Martiam Portam ſcriptura, Vibia ſcilicet Colonia, & Peruſia Auguſta, cenſeri deberet, aptiſsime tū ex duabus aliis, quæ in ſupſtitibus ad huc lapidib⁹ inſpici poſſunt, rem cognoſcimus: Hæ sūt .n. Literæ cubitales. Auguſto ſacro Peruſia reſtituta: Quum uero aliquandiu felicisſime egerit, iterum obsidionibus, uaſtationibuſq; nec paruis quidem, nec paucis incepit miſera conflictari, & illa pene' infelix (ut quas Longobardi atq; Pannonii ītulerint ꝑtereā) crudelis Totilæ deleta ē, & Herculanū Epm ſuū ſæuiſſime excoriatum amisit: Hinc tādem rediens in uires, aſpirāte Virtuti Fortuna Ciuitatum uictrix, ac Gentiū rurſus euasit Domina. Sed hic profecto non poſſum iam, nō in pietatem uerſus lachrimari, nec solū quidē obſcuræ Patriæ tam infandas uices, q̄ á tāta Imperii magnitudine in hoc hilū redierit, Sed immaniſsimū Ignem illum, qui perpetuas Hiſtorias noſtras inter Alia abſumpsit, tacitū sane' Vrbis excidiū, uelut alter Aeneas defleo: O ſaltē poſtq̄ illa iā abiit reꝝ Potētia, ad hmōi calamitatis leuamē, Geſtoꝝ archetypa, ac beatiſsimas illas Heroū noſtroꝝ figuras teneremus. Si tales .n. apud Homines conſpectus remāsiſſent, & crebra si recordatione Viri noſtri uerſarentur in labris, illam Io priſcā & Imperio parem quidē Auctoritatē ſeruaremus, undiq; á feliciſsimis Eoꝝ laboribus Ingentes occurraremus, & Admirabiles uenerararemur. Verū ex illis paucis, quæ nūc uigēt apud idem conflagratum Archiuum noſtrum Notarum Sparsim breuium quarundam potius, q̄ Annaliū monumenta, & illa pariter, quæ aut Ataui uidere noſtri, aut ab Aliis audiuiſſe dixerunt, cōmemorando, nihil magnificum, nihil dificile, nihil illuſtre, nihil deniq; glorioſum geſtū fuit unq̄ in Italia, qd' Perusinis Ducibus nō æque tribuatur: Quā ob rem q̄ Scientiam militarē in tenebris

Peruſia a Ces. Aug. inſtaurata.

Peruſia uariis Hoſtibus puaſtata

Veteres Peruſinorū Annales inceſi.

Ciuitātes & Popu. Quos Peruſia aut ſubegit aut tutata eſt.

prope iacentem, & longe à Veterum Inſtitutis reuocaue rint, ꝙ Victoriā de Tifernatibus non ſemel habuerint, ꝙ Asisium Igne ferro'q; deuaſtauerint ademptis Agris, ꝙ Vetonium fere' deleuerint, ꝙ Spoletum ſub ditio ne compulerint, ꝙ Fulginatibus ſolo murorum par tem æquauerint, ꝙ Tudertes ſubegerint, ꝙ Senas pene' Cœperint, ut Seræ, ualuarum'q; Repagula ante portam maioris noſtræ Curiæ in teſtimonium pen dentia rem affirmant, ꝙ Partenopen ſeruauerint, ꝙ Alphonſo Apuliæ Regi potentiſsimo ociū pepererint, ꝙ Mediolanēsium Ducem nempe Philippum Mariam ab Armatorum crudelitate defenderint, ꝙ Pontifices beatiſsimos Fratres, ſede pulſos ſua ipſorum impensa in Veterem reſtituerint amplitudinē, ꝙ Trebiates tan dem, ꝙ Flauonienſes, ꝙ Aretinos, ꝙ Cortonen ſes, ꝙ Ariminum, ꝙ Piſaurum, ꝙ Phanum, ꝙ Igubium, ꝙ Firmum, ꝙ Sancti (ut uulgo ferunt) Burgū Sepulchri, ꝙ Clusiū, ꝙ Cetonā, ꝙ Sartianū, ꝙ Clancianū, ꝙ Politianū, ꝙ finitimas oēs Vrbes, aut Iugum, aut fœdus inire tributarium PERVSINI coe gerint, præter Calami fidē omneis Homines (Res adeo elucent ac Perusini Populi gloria) non ſolum æquo per peti animo, ſed uno ore (nec inuiti quidē) affirmare uidē tur: Demū tandem magnitudine laborans ſua, hoc eſt Raſpantū, & Nobilitatis seditionibus, quæ XXIIII. exulauit Annos, tāꝙ altera Roma ditionē amisit, ſe'q; Romanis Pontificibus, & in Clientelā cōmendauit, & dedit in fidem: Cæterum ſane' poſſunt ad . T. B. aures perueniſſe facinorum Aeternitates Petrutii Nigri, Item Boldrini Panicalis, quem ad huc mor tuum formidabant Hoſtes, tum Biordi, Cecoliniq; fratris, Sic Rugerii Canis, & imprimis antiquiſsimi

Cōplures Perusini Marte celebres.

Bracci

Bracci, cui Capua & q̃ plurimæ aliæ, quas ſubegit Ciui tates, Linguaq; præconia pepererũt, ſecumq; omnis pa riter illuſtris, ac famigeratiſsimæ Baleonæ Domus, ingẽtiũ quoq; Picininorũ & Fabritii, Innumerabiliũ'q; Aliorum, qui Duces, Imperatores, omnes tandem magna in auctoritate eminentiſsimi ſub Eccleſia, ſub Venetis, ſub Cæſare, ſub Francorum Rege, atq; aliis Imperiis tam Armis, q̃ ingenii Stratagematibus egre giis (in quo mire excellimus) promerendo, & sibi & Patriæ (quorum Similes in sua Repub. Vrbium cu ſtodes appellauit Plato) laudem uendicarunt immor talem: Poſſunt sane' peruenisſe non ſolum quidem ab hac perpetua ipſorum laude fulgore'q;, sed a' ma ximis etiã, singularibus'q; recẽtiũ Perusinorum Geſtis: Quorum ut clariſsimos Fratres alios sileam, excellens Aſtur, Idem'q; Ioãnes Paulus Baleoni, atq; ab Iſto & Horatius, & quartus ille Malateſta Martis ſoboles, & Victoriaq; Genitor, una' cũ cẽtum Aliis, Sed minoris ſtatus Capitaneis, Superiores illos Consilio manu'q; in maiorem profecto' lucem detulerunt: Quapropter si Romæ licere oportuit ob egregia Rerum monumen ta Initia ſua conſecrare, & ad Deos referre Authores, Nos qui Gentibus olim capita fuimus, ex Iisdem'q; Fortium origo, atq; Armorum uſus omnis emanauit, non eſt me Hercules ab re, uel tuo ipsius iudicio Sãctiſsime Princeps, si iam tum ardentius perſeueremus in dicendo, Perusiã ẽt Hectores, Achilles, Epaminũdas Alexandros, Hanibales, Scipiones, Marios, Cæſares ha buiſſe, Eamq; (ſub illa etiam poteſtate nouiſsima) tot genuiſſe Imperatores, quot aliæ Primipilos Ciuitates, & Eam tot pariter Capitaneos, ac quotidie cum gloria parturire, quot Aliæ Milites peperiſſe, atq; parere

ſam uidētur, quum præterea & Romanos ipſos Vetuſta te ſuperemus, & á Diis pariter nos ēt (ut Poetice in hoc loquamur) & præſertim in poſtremis Pronepotis Tur rheni fundamentis ab illo Hercule inuictiſs. Qui tot Mo ſtra cōtudit, tot labores exanclauit, & quem fortitudine potiſsimum erronea Antiquorum superſtitio Deū fecit, planiſsime ducamus originē: Ve℞ aut aeris & Siderū benignitate / aut fūdatoris potius Noæ .i. Iani ſcitiſsimi, atq; Proaui Herculis gratia, qui tā Sciētiis q̃ Virib⁹ ſexcel luit, non minus celebres circa Litera℞ ſtudia quidē uide mur, adeo ut, quēadmodū oli Romani atq; cæteræ Ciui tates Pueros ſuos, quo hetruſca Diſciplina, aliiſ'q; ad Vi tæ ornamentum imbuerentur Inſtitutis, huc mittere con ſueuerunt, sic poſt illa Temporū in hodiernum hucusq; Diem ad quaſcūq; Scientias & bonos mores capiendos Heſternis undi'q; ex Gallia, Germania, Hiſpania, ac diui ſa noſtro orbe Britānia (ne dum ab Italia) cōfluentibus Gymnasium hoc noſtrum plurimum compleri palā cō ſtat, ſemper'q; refertiſsimum extitiſſe: Sed quum Priſcos edax Vetuſtas iam aboleuerit, tedet quasi me recenſere Franciſcū Maturātiū, Iacobum Antiquariū, Ricchardū Bartholinum, Cōpluresq; humanas literas ornatiſsime profeſſos, in Phyloſophia Medicina'q; Gentilem fulgi natem ortu, ſed lactis hauſtu, Vrbis Priuilegio, sua'q; in Ea perpetua māsione Perusinum, Franciſcū Vbaldum, Balthaſarē, Egidiū Boculū unā cum Aliis. Quā porro fortiſsimi in sacrarum Legum, ac Pōtificii Iuris Agone uiguerunt Atletæ? Inter quos & primus connumeratur Bartholus, Cuius Natales sibi tm̄ adſcribāt Sentinātes, quum hic á primo quidem uagitu, ſtudio, Ciuitatis hono ribus, ac uita sit ſemp oi gloriosiſsime functus, Dehinc Petrus, Baldus, Angelus fratres illi, immo treis profecto

Peruſi ni in Toga clari.

Iuris

iuris Soles, ſequuntur & Barigiani, Sperellii Manſuetii Perigli, Cornei, Franchi, Vibiani, Bartholini, qui oēs tanq̄ æterna Flumina uniuerſas Mūdi plagas uberrimis Vndarum fluctibus irrigarunt: Vt enim Præſentiſsime Generis Nauarche ſunt oium Artium ſtudia Patriæ noſtræ, Proprior tn̄, ac magis peculiaris ē medius fidius & Armorū, & Legum profeſsio, quasi Oēs in ueteres primos faſces, atq; in illam Imperatoriam Maieſtatem proprio feramur inſtinctu: Arma & leges in Parētum aluis meditamur, Arma & leges cum lacte haurimus, Arma & leges ſtatim ſub primo canimus uagitu: Ciues noſtri iam inde ab initio in Bellorum apparatibus undiq; uocantur: Ciues noſtri á Regum sedibus, á Ro. Curia, á maximis Rebus pub. iam tum frequenter admittūtur: Ciues noſtri ut in oībus Achademiis sūt ſemper pfeſsi & profitentur, adeo, ut nulla tam remota sit Regio, ad quā Noſtroꝝ fama non peruenerit, Ita hic Nemo Iura niſi Perusinus unq̄ docuit & docet: In aliis Gymnaſiis Perusinoꝝ Inuenta perleguntur, Nos quippe noſtros & Noſtroꝝ labores interpretamur, Alii ſectantur Aliena, nos uero Propriis abūdamus: Et Ciues noſtri tādem in hoc ſemper incumbunt, ut hanc gloriosiſsimā utriusq; generis Hæreditatem á Maioribus relictam, aut Rei bellicæ auſpiciis, aut Studiorum cultura feliciter poſsideāt, & Poſteri proculdubio poſsidebūt. At Iſthæc noua (nūc enim me colligo) nimis q̄ uoluerā á ſua me Antiquitate remouerunt, quo iam Ipſam repetēs, ecce aliam intueor celsitudinem: Siquidē ab Annalium memoria, á Lapidibus, tum multorum Oppidoꝝ Nominibus á Conditoribus ſuis impoſitis, atq; ne paruo quidem & Imaginū, & Numiſmatum numero, quæ paſsim oſtenduntur, dietimq; ex Terræ tenebris in lucem frequenter prodeunt,

Armā & leges Peruſinorum ꝓpria.

E

Nobi-les Peruſinique Fami-liæ.

antiquiſsimis ſimul & nobilibus Familiis Peruſiã olim honeſtatam fuiſſe cognoſcimus: Quarꝫ oium quũ ipſos ne dum Poſteros ab humanis, ſed totam funditus primã, Auorũ originẽ ab Hominũ recordatione Tempus abſtulerit, pro Vetuſtiſsimis nũc habent Baleona, Marsiana, Odda, Raneria, Hermãna, Archipreſbitera, Vibia, Sperella, Montemelina, Signorella, Cornea, Chriſpolta, Vbalda, Gratiana, Copulea, Alphana, Totq; poſtremo, ut sint VIII & XL. Quarum ſuperſtites Nepores non origine magis ꝙ ſua nobiles Virtute & Genus & Patriam omnibus Animi, ac Terrarum ornamentis in Atauorꝫ æmulationem nunc tuentur & amplificant:

Peruſinorum Domi; Ornamenta.

Verum iam omiſſo Ciuitatis suapte natura munitiſsimo situ, ut oẽm cõtẽpnat oppugnationẽ: Omiſſis Mœniũ, & complurium Domorum ẽt, ueteribus ſtructuris, ex lapidibus præſertim quadratis: Omiſſis Regionib⁹ qnq;, tres quarũ ſunt antiqſsimæ: Omiſsis tot Magiſtratuũ generibus, Palatiis, Gymnaſii Lycio, Scholaſticorum Collegiis, quæ propterea Sapiẽtiæ nomen uendicarũt, Areis, Porticibus, Fontibus, Vicis, Viridariis, Turrium molibus: Omiſsis Opificibus præſertim Picturæ, & ſculpturæ, quæ magno á ueteribus ad hæc uſq; Tempora uigent honore: Omiſſis omnifariã Mercaturis, ad quas Noſtri remotiſsima penetrant Maria: Omiſsis Pauperũ Diuerſoriis, Templis, Pomeriis, Simulachris aureis & peruetuſtis, aliiſq; ſacratiſsimis tot Diuorũ Reliquiis, (ut Ioſeph ẽ Anulus i caſtas beatiſsimæ Tædas Mariæ) ne hiſtoriam agere uidear, Iamq; egreſsi Ciuitate paulũ Suburbana contẽplemur. Incredibile dictu eſt, ꝙ hilaris sit paſsim facies, blanda, elegans, arridens: Vndiq; circum Vrbem, tam fere agreſtes Caſæ longo tractu, ꝙ Ciuium Palatia conſpiciunt erecta: ad loci Beatitudinẽ

Peruſinus Ager.

accedunt

accedũt Valles, Colles, Vineis, Arbuſtis, Oleis refertiſſimæ, ſunt Prata, ſunt Montes æditiſsimi, ſunt Ceſpitũ roſcida, ſunt Siluarum opaca, Cuncta demũ in amœnitate feraciſsima, ut Tyberina Cluſina'q; culta felici illi Cãpaniæ tot calamis celebratæ Hiſtoricorum, & Aphricæ & Siciliæ, quæ Romanorum Horrea appellabãtur, iure poſsint optimo cõparari: Accedit Lacus ingens Thraſimenus, qui paluſtres Auiculas, ac uariũ Piſciũ genus ad ſatietatem non ſolum Hetruriæ, sed multarum Prouinciarum ſemper nutrit: Accedũt pulcherrimi, nec pauci qdẽ fluuii & imprimis Cæruleus Tybris Cœlo gratiſſimus Amnis: Sed tãdẽ (ut Pagos ꝑtereã latiſſimos C.) XXV. ac C. adiunguntur ſuis muris, & Arcibus ſparsim Oppida ꝑmunita: Quorũ magna pars, qũ ꝑ prima illa tpa á Tyrrhenis, mox á. C. Vibio & itidẽ ab aliis Indigenis noſtris condita fuerint, uix ſuæ Vibi de antiqtate profecto cædunt: Adde q̃ per Multa ex uetuſtiſsimis illis Ciuilibus diruta factionibus (ſed de illis non hic loquor, quæ inter Oddos, & Baleonos, mox q; Eis aboletis inter hanc præclariſsimam Familiã immaniter graſſatæ ſunt) diruta inq̃ Oppida ad huc hodie in ſuarum miſerabili Ruinarum ſinu miſere iacentia conſpiciuntur. Cæterum ꝑ hæreditaria ſuarum Dote hæc tua Ciuitas animi Integritate, Fide, Cõſtãtiaq;, ac obſeqoſa quadã i Hoies Pertinacia ſupra q̃ dici poſsit iter Alias habet princeps Auguſtiſsime Pater: Perusini Cannẽsis Cladis reliqæ poſtq̃ XL. ac CCCC. numero in Caſilinũ cũ Præneſtinis ſe receperunt, & uictoria elati Hoſtes ad muros acceſſere, patefactis ilico portis Phalanges erũpunt, cædẽq; afferũt ingentẽ. Demũ diutina Eos Hanibale infeſtante obsidione, ibi Nucibus quas á Graccho Vulturnus fluuius quieto lapſu perinde ac tantæ miſertus Gẽtis afferre

Pagi C XXV. ac C. Peruſiæ Oppida.

Peruſini fideliſſimi.

bañ,mox frænoꝝ loris, Clypeorum pellibus, Muribus, aliisq; ſordidiſsimis cibis á morte defenſi, pri⁹ famē per peti, q̄ turpi deditione Romanis deeſſe maluerunt: Perusini Triūuiratus tpe nec. L. qdem Antonius ea de fide opiniōe, quā in Eis plurimā sibi poſuerat, fraudare tur, famē rurſus, incēdiū, ferrū, Mortes, atq; ultimum Vrbis excidiū tolerarunt: Quod nō ſolū ab Hiſtoricoꝝ calamis æternitati proditū eſt, uerū ſacris Poetaꝝ uoci bus atq; illo ſonoro spiritu fideliter extat decantatum: Perusini a Totila Hunnoꝝ siue Gothorū Rege ſæuius oppugnati, non Agrorum peruaſtatio, non Villaꝝ incē diū, nō Vrbis piculū, nō Ciuiū Interitus frequētes unq̄ uel efficere potuerunt, quin Troianoꝝ inſtar in acerba p Septemniū obsidione fideli ſemper animo pduraſſēt. Quā uero sincere Pontificū ſtudia iā inde ex eo tēporis, quo deditionē fecimus, ſectati simus, memoria ſtat per celebris, nec ullo unq̄ tpe uaſtatione Agri, obsidione Vrbis, ſūmiſq; pollicitis á ſanctiſsimo Dominatu, ab offi cio noſtro uel potuimus remoueri. Hæc certe qdē prædi cant̃ eſſe p̄cipuæ Mortaliū Dotes Sanctiſſime rerū Dñe, Atq; Illoꝝ præſertim, qui ſub alienis Imperiis uolūtariā ſeruiunt ſeruitutem: In qbus fidiſsimis obſequiis si qd forte delinquāt, si qd cōtra maieſtatē Imperii, & Eorum officiū imprudenter cogitatum, factumq; aut sit, aut eſſe uideat̃, nunq̄ me Hercules pollutæ tunc fidei, atq; inobe dientiæ crimine debēt eſſe ſuſpecti, nec Domini Iram ſui propterea ab ulla parte ſubire, Immo piētiſsimis Eoꝝ, & á Natura uel insitis affectibus id eſſe attribuēdū, qppe oēs Ingenii recti Iudices iudicarēt. Quo merito Nos uel tuā debemus deteſtari Impietatē, tuis Manibus, & malū, & exilium optare ſemper Cæſar octaui, Qui ferus atrox Perusia capta, Oibus aut ueniā orare, aut excuſare ſe co

nantibus,

nātibus, monēdū eſſe dicebas: Qui ab æquo, á legibus, ab ipſo Feraꝝ more ꝑrſus alienus, ad Arā Iulii Cæſaris Vmbris extructā, tū Trecentos ex Noſtris Hoſtiaꝝ more mactari iuſsiſti: O indignū facinus, quonā pacto ſpectare oculi potuerunt? nec originis Vetuſtas, Geſtorum cōſecratio, ſūma Integritas, ſigularis Fides te cōmouit? Sed quāuis in eius excuſationē diceret Aliqs, magni animi, atq; idem fortiſsimus fuit Diuus Iulius, qua igit̃ oblatiōe Filius potuerat magis paternis Manibus gratificari q̃ꝑ Rerū ſibi ſimiliū? Nempe q̃ꝑ hoc magnanimo eodēq; fortiſsimo Sanguine? ut nulla potuiſſet alia, sic ꝑpterea hoc tale uoluit & iuſsit fieri, Verū eniuero ſūmo in nos tū bñficio factū rependit: qppe qui, ne ſacratiſsima hæc qdem Gētis origo, & huius tāta, ſingularisq; Virtus tolleret̃, rurſus ab incendio (ut iā diximus) Perusiā erigi uoluit, atq; á ſuis coli: Q d' poſtremo cōplures alii Cæſares præſertimq; Federicus Henobarbus, in hoc ipſo Coloniaꝝ offō Eidē fuere gratificati: Sed dū ego tot eſſe dotes hanc penes Ciuitatē, Hoīum, Naturæ, Deorūq; cōſenſum uoluiſſe cōsiderē, nō me poſſum ꝑfecto continere, qn ad Ipsā in dulce mei Gaudii, atq; ſūmæ gratulationis argumētū pñti fūgar Apoſtrophe. Salue Patria Vrbs Inclita & Auguſta, Primoꝝ Hoīum, Heroū fortiū, Cœleſtiūq; æternoꝝ, ac Sapientiū origine Immortalis: Salue Perusia Terrarū Domitoris oīum, Semideiq; inſtauratione glorioſa, moxq; ab aliis Imperatoribus tam Priuilegiis q̃ꝑ Coloniis maiorē ī modū illuſtrata: Salue iā Italiæ Domina, Romanoꝝ ꝑ̃sidiū & timor, tot Populorū, tot Ciuitatū ſubiugatrix: Salue Rei bellicæ Parēs, Ingenioꝝ altrix, Scientiaꝝ ſacrarium, Gratiaꝝ Domus, Delitiarū Paradiſus, Nobilitatis, Fidei, Conſtātiæ ſēper diues, & poſtrema: Salue Ciuitas magnitudine Rerum

Coloniæ a cōpluribus Imperatoribus Perusiæ poſitæ.

Rerum Anacephaleoſis.

Oı̃bus Italiæ Ciuitatibus, ſingulis trãs Maria trãs Alpes Vrbibus anteponẽda: Eia age nunc poſtq̃ ſpes tua immo Deus tuus præſens eſt, á quo uno tuæ opes tuaq; Incremẽta pficiſci poſſunt, nũc poſtq̃ his paruis noſtris uocibus penes cor tanti Numinis tui deſiderių excitauimus, teq; iam pientiſsime intuetur, ſurge lo pulcherrima ipſum adi, flecte Genua, Veſtigia oſculare, ſacratiſsimũ pedũ puluerẽ lambe, affer hæc Verba, has adde preces: Omnipotens Integerrime Pater, qui á noſtro Rerũ Principio ad Chriſti fidem propagãdam ad Hoium ſalutem Cœlorũ & Terrarũ curã tuis meritis impetraſti, Digna te quæſo iiſdẽ charitatis affectibus deditiſsimã tuã f. hã ſuſcipere, qbus ob fidẽ ipſa, atq; ob pcipuas ſuas dotes á te ſuſcipi ualde cupit mereturq;. Arctius amplectãtur obſecro iſta tuæ inauditæ humanitatis Brachia obſequẽtiſsimã, quæ multis Domi forisq; iã diu agitata turbinibus ſe poſtq̃ in portũ feliciſsime cõtulit, ſub umbra Alarũ tuarũ, ſub tuo Pietatis præſidio ipſa hac tã quieta, tamq; placida põt ſede perpetuo frui & ſperat & querit. Quæ nã res poteſt á tua me pietate remouere? ſiet ut paſſim delinquã, ac in multo ſcelerũ genere (id qđ tñ nõ niſi ab Imprudentia naſci cõtenderẽ) Atqui ni foret Crimen non eſſet Venia: Etenim maior eſſe debet q̃ Iniqtas mea Miſericordia tua, maior Pietas, q̃ mea Impietas, Nõne debes & teneris plus dimittere q̃ Nos cõmittere? Eſt Domini Suorũ erratis parcere, ſiquid unq̃ cõmiſſũ eſt, Clementiã ipſam ab ipſo Clementiæ fonte iure mihi debeo clemẽtiſsime ſẽper præſtolari. Eſtoq; parui ſim pretii, Dum ipſa á quo rerũ Culmine ceciderim conſiderem, Verũ Deus ipſe, quẽ tu in oibus (ut debes) imitaris, ad Hieruſalẽ magis, ad Piſcatores, & id genꝰ Hoies reſpexit magis, q̃ ad Romã & Orbis Pricipes: Eſtoq; parũ

afficiar,

afficiar, & Ille Perſecutores ſuos gratioſius obſeruabat; ꝙ elata deſpiciã, & Ille Conteptores amantiſsime com monebat, ꝙ oleã Infidelitatem, Et in quod magis ſtudebat ille ꝙ ut placidiſsimo obſequio in ſe cõuerteret Infideles? En aures claudo, plectat acerbe; hoc Peripathetici deteſtant: Viribus rebus, opibus ſpoliamus, inops paupercula tanto minus eſſe tibi uſui aliquando poterit: Agedũ odi, expelle, uerbera, siet ut uelis: quippe tua ſum tñ, tuæ curæ, tua dicor, á te pendeo, tuamq; & á te pẽdere quocunq; tibi uidear, prorſus uolo: Mi Dñe, mi Pater mi Deus res tuas inſectaberis: ad Quẽ ego confugiam si me expellas? qui me aſpicient si me miserã spernas? Sinat. T. S. en sinat exorari sinat: Suſcipiat, confirmet, foueat me filiã ſuam, quæ fideliter, & amanter (ut ex illo quidem quo me ſuſcepit Eccleſia conſueui) & tua Ipsius ſemp, & futurorũ deinceps Põtificum ſtudia, Iuſſa, Veſtigia pſequar & obſeruabo paratiſſima: Stat de me, æternumq; manebit humilis Obedientia, deuotum Obſequiũ, sincera Fides, & nõ solũ quot quot Amicos Inimicoſue iuſſerit illa, pergã accipere, atq; eandem pariter ſtatus cõditionẽ, ut pote in eadẽ posita Naui, ſed ꝑ ſacroſanctæ Ro. Eccleſiæ felicibus auſpiciis, in. T. S. uota, ac celsitudinẽ ſuæq; Illuſtriſs. Domus Prouentus oẽs Vectigalia, Penates, Focos, Templa, Vias: Sed meorũ Ciuiũ oĩum dies, noctes, officia, labores, rem, corpus, animã, Quorũ partim ad pacis ocia in rebus cũ gloria agẽdis partim ad res bellicas tibi uſui aliqñ eſſe, poterũt, & uolẽt: Sed me totã ipſam tandẽ imppetuũ polliceor exhibeo, dono, trado, pſus & adſcribo.

VT finem fecit orãdi, rurſus Tiarifer quasi ob Insigne et ipſe Perusiã indueret, egregie mandatum literis aurea Lance sãctiſsimis Manibus hoc detulit Epigramma.

Cur Auguſta uocer, non ſat liquet hactenus: aut ſim
Nobilis, aut Diuum ſacra ꝙ Auguriis.
At mihi ſi firmabis Opes TV SANCTE Gregis REX
In'q; decus Miſeræ Te bona duxit Auis,
Tunc Vrbem Auguſtam Ciues me ſemper ab ipſo
Augurio, & pariter Nobilitate canent.

AT Gratiſsimus Generis Paſtor, ita fuit ambobus tum obſequutus Magiſtratibus cũ auribus, tũ ore, ut nullã quidẽ gratiorẽ sibi admiſsionẽ potuiſſent excogitare. Simili pacto gratificari uoluit Doctorũ Collegiis, Qui poſtridie unã cum aliis Gymnasii Profeſſoribus ſacratiſſimos iuerunt pedes oſculatũ: Vbi Vincentius iterum Herculanus imprimis ſuorũ Iurecõſultorũ, mox Lucas Albertus Podianus Medicorum inuicem uerbis, ut ſui quiſq; Præſes Collegii, iam libatis oſculis hæc reuerẽter addidere.

Vincentius Her.

IMMORtales Deo opt. Max. gratias B. P. piis ſupplicationibus Nobis præcipue agẽdas cẽſeo, quum inter tot tantaq; sua erga chriſtianũ Genus beneficia. S. T. Nobis in Põtificẽ dederit: neq; enim negari poteſt illã diuina electã eſſe Prouidẽtia, quæ Sæculo huic noſtro laborãti inæſtimabili Prudẽtia, Cõsiliis, atq; Sapiẽtiæ præſtantia ſubueniret: q̃ꝙ integerrimi Mores, & singulares Virtutes ad huius Apoſtolatus faſtigiũ Eandẽ natã eſſe ꝑmoſtrabãt, imo illuſtriſs. Domus ſuæ tot ſũmis ornãmẽtis iure optimo hæreditaria hæc uidebat' Celsitudo: Idcirco S. T. aduẽtũ & si oẽs Populi, noſtra tñ Patria maiori quidẽ excepit hilaritate, sibi nãq; ꝑſuadet ſaluti ferũ Numen ſuũ proculdubio contẽplari, ne dũ unicum Religionis exẽplar: Quã ob rẽ cõfidit ab oĩbus ærũnis ac ꝑcellis ſuis penitus liberari, & ꝑpetua trãquillitate cõquieſcere. Te igit' oĩpotẽs Chriſte, ac Saluator Omniũ

precamur

precamur, ut Paſtorem hunc noſtrum Clementiſsimum diutius in Terris uiuere cōcedas, ſub Cuius imperio iā Salus paſſim, iam undiq; Pax á te relicta, iā Opes, Ocia, Quies ubiq; cōſtituunť & augenť: Verū. B. P. hanc po tiſſimū Ciuitatē, alterā (ut dici ſolet) Ecclesiæ Clauē, tū Vetuſtate, Viris, Reb⁹ pclare geſtis, q̄ plurimis Aliis præ ferendā. T. S. modo reſpicere dignetur & uelit: Hanc obſecro tueať Alumnā liberaliū Artiū, Populum hunc ſuum foueat, Misereať Pauperum, Iacentes erigat, Inge niis aſpiret, ſed imprimis his noſtris & . T. S. deuotiſsi mis Collegiis. Quū igiť p annuis ī pſitēdo laborib⁹, ac pro nocturnis, diurniſq; Vigiliis nō eam ſtipendii merce dem conſequamur, quā accipere mereremur, Humiliter Oēs Eidē sic genuflexi ſupplícamus, ut iam tot laborū merita benigniſsime augeanť, ac propterea sit, unde ma gis Virtus indies Perusina eluceſcat, & . T. S. pcelebre ſuū Nomen (ut hic q; Nos ſemp obnoxios, nunq̄ contu maces, uſq; ad mortē fideliſſimos ī Seruitutis obſequiis habebit) ab hac etiā pietate apud Vrbē hāc ſuā ædificet Immortale. Lucas Alber. Podia.

ETSI ſenex ſapientiſsimus copioſe, ac eleganter oīa proſequutus eſt, fas tñ deprecor sit ēt mihi, ut collegio Medicoꝝ Præsidi, poſtq̄ ita Aures ſuas tā comiter & be nigne uanis Vocibus hodie obtundendas expoſuit, non nihilum apud illas ineptire: In tanta, ac tam uniuerſali B. P. noſtræ Patriæ Lætitia, quā ipſa bōbis, fragorib⁹, Ignibus, Vocibus, Ciuibus uelut inſanis huc atq; illuc diſ currentibus cōteſtata eſt, Hi excellř. Patres & Doctrinaꝝ Magiſtri (q̄q̄ magis cōposite pro grauitate Perſonaꝝ) potiſſimū exhilarati ſunt, q; Hoiem uideant in alto solio ſedētem, in quo ſpes & ratio ſtudioꝝ iam pridē, ēt dum eſſet in minoribus, inclinata recūbebat, Nūc uero quāto

magis id augurant̃ futurũ, poſtq̃ totius orbis Imperiũ, & mũdi Gubernacula in ipsis Eius sãctiſsimis manibus reposita conſpiciunt: Reuiueſcent ꝑfecto Literæ, Quarũ hæc Patria hoſpitiũ ſemper, & Domiciliũ fuit, & Reginæ cæterarũ Artiũ ſcientificæ Doctrinæ, quæ neſcio quo fato tot cõtinuatis Annoꝝ ſpatiis Armorũ fragore perterritæ delitеſcere, ac situ & ſquallore ſordeſcere uidebant̃: Prodibunt iam in lucem ornatius cultæ, priſtinas Dignitates cõcipiẽtes animo, ac sibi & Suis ne dum ſalutem, ſed principẽ locũ, atq; Imperii culmen certius ominantes: Quo circa ne ſpes ea (tamet si certiſsimam prenſemus manibus) nos fallat ex abũdantia desiderii, ẽt atq; ẽt obteſtamur: Cõmẽdamus iſti tuæ Apoſtolicæ Pietati miſeram hanc Patriã noſtrã, Quã toties bellis Ciuilibus digladiatã cõſpeximus: Liceat illi ſeposito Armoꝝ ſonitu pauliſper Ociis literariis incumbere, & si Arma tractãda fuerint, potius in Hoſtes iſtius ſanctæ Sedis ſtringant̃ q̃ in Ciues, Quoꝝ impetu & Pectoris audacia, Vbi in illos uti uoluerit, ſciat. S. T. q̃ ſe ſuæ nunq̃ Voluntatis pœnitebit: Cõmẽdamus Gymnasium atq; hoc literariũ Patriæ noſtræ Peculiũ, qđ nunq̃ (ẽt deſeuientibus Sicariis, aſſiduiſq; Bellorũ turbinibus perſtrepentibus) intermiſſum eſt: Erogentur opportuna ſtipendia Profitẽtibus, & qui ſunt illis digni, Iis decẽtius honores impendãtur: Cõmendamus publicas illas Domos, ſcholaſtichorũ Altrices & Matres, ut ab uncis Præsidentium manibus uẽdicatæ, prouẽtus oẽs in paſcendã ſcholarem Pubem cõuertant̃: Comẽdamus Ecclesias, & Sacerdotia, quæ nõ Aduenis, & ignotis Hoibus, non rudibus & obtusis Ingeniis, & ab omni prorſus ſtudiorũ cognitione alienis, ſed bene meritis Ciuibus noſtris, & præſertim Literaꝝ Studiosis, ad Dei Immortalis honorem,

& tui ipsius Nominis laudem impoſterum conferantur:
Hæc Vbi . T. S . præſtiterit, uere cũ Titiro illo Vergilia
no dicere poterimus Vicinis noſtris, O' Melibee Deus
nobis hæc ocia fecit: Celebrabit aſsidue gloriã Nominis
tui, qñ maiora rependere non poſsit, pro tam propenſa
in literas indulgẽtia hic tibi ſubditus Literatoꝝ Cætus:
Cõmendabit Poſteris tam insignẽ Pietatẽ, dicetq; Saty
ricum illud . Solus .n. triſtes hac tempeſtate Camœnas
reſpexit: & cũ eodẽ Titiro Diuinitatẽ hãc tuã ueneratus,
pariter & admiratus, ac quantũ illi debeat recognoſcẽs
illud demum pollicetur, Illius Arã uſq; tener noſtris ab
Ouilibus imbuet Agnus.

Cæterũ ubi per triduum fere' Cuiq; eo' patuit Hoĩum
Acceſſus, & hac in parte Dei Vicarius ſe putauit ſuæ ſatis
Vrbi feciſſe, incepit, quã ob rem uenerat, cogitare, iã eſſe
tpis adulteratos Gentiũ, ac nimiæ uẽdicatæ Licẽtiæ mo
res debere penitus coherceri, Ciuitatẽq; ſub ꝑpetuo quie
tis ocio simul eſſe reponendã: Siquidẽ pleniore Ampliſ
simi Eñi . V. Gãbari totius rei ſũmam cognouit relatũ,
Quẽ ſanctũ, atq; idem perſpicax Cõsiliũ inter tot Auli
cos ſuos, ut pote huic iactatæ Naui magis idoneũ Palinu
rum elegit: Et Is propterea ubi difficilẽ iniuit prouinciã,
sic in tãto Rerum turbine ſe per aliquot geſsit Mẽſes, ut
certe & ſanctiſsimæ æſtimatiõi pleniſsime reſponderit;
& Ipsi plurimum debeas tu Perusia: Quippe qui non
ſolum ingenii affabilitate, inaudita agendarũ rerũ ſo
lertia, gratia, atq; acumine mẽtis singulari Nauim uſq;
ad beatæ Alciones aduentum feliciter gubernauit; Ve
rum quæ Res impoſterum, iam pridem longa paſſim
inquisitiõe ueluti ſtratagẽmatibus quibuſdã perſpectæ,
potiſsimum poſſent fugatis procellis ſudum, ac ꝑpetuã
inducere ſerenitatem, demumq; ægritudinis pharmacũ

tanq̃ in Tabella pleniſsime effigiata demoſtrauit: Quo circa ſalutaris Prouidentia. CCC. Ciuium conſtituit Senatores, qui unà cũ Reuerẽdiſs. Dño Card. Grimano, Principe quidem Pectoris ſapientia, Scientiarum Encyclopedia, Vitæ integritatæ, ac Rerum experientia undecunq; conſpicuo, tum propterea per Eandem, ut Qui fœdere certo, & premere, & laxas ſciret dare iuſſus habenas, in Ciuitatis Præsidem conſtituto, Reipub. ſũmam moderarentur, præſtoq; ſemper eſſent & consilio, & Armis, quo Ciuitas ab hinc imposterum ſub ſanctiſſimo Pacis cultu, atq; ſub ſacroſanctæ Rom. Ecclesiæ præſentiſsimo Dominatu, contra quoſcunq; Impiorum flatus ſeruaretur: Verum anteq̃ Electorum numerus exiret in lucem, ut feliciſsime Incepta ſub cœleſti auſpicio ſequerentur, uoluit eadem Sanctitas in eius rei gratiam Ipſa præſente, atq; omni cum Aulæ comitatu per Epiſcopum sancti Spiritus Miſſam celebrari: Quo ſub inde ad diem ſequentem publicato coram Reuerendiſs. Legato Grimano Ciues omnes ſolenniter censi mox ad Aram Diui Petri (eo nanq; uelut ad aerem mitiorem reuerſa fuit) oſculatis humillime pedibus, proſe Quiſq; fidelitatem, ac sincera debitæ Seruitutis obſequia inuiolabili ꝑmiſere sunt iuramẽto: Quũ aũt poſt aliquos prope Eius diſceſſus inſtaret Dies, Reuerendiſ. Grimanus Prioribus Magiſtratibus, & huic Trecentorũ Senatui in Laurentii Sacrario coactis, iam præmiſſa gratulatiõe significauit, quẽadmodum beatiſsima Paſtoris Munificentia in maiorem Pietatis demoſtrationem ſuum ergo ꝑcipuũ hoc Ouile, inq; felicius Calcar, ut deinceps bene beateq; ageretur, Ciuitatem Mille & Quingentis Tritici (ut dicunt) Salmis, quot Annis gratioſe largiebatur, atq; eis ſemper

inter

inter Ciues, iuxta legem per Senatum conſtituendam po ſtea diuidendis: Quã ob rem ilico X Viri, Camerarii, & Senatores, læti omnes contenderunt ad Ipſam, quæ apud idem rurſus Altare pedibus ad Singulorum oſcu la sponte oblatis, Illos humili loquente geſtu de tam magno impertito Dono gratias tũc agentes gratiſsime ſuſcepit: Demũ poſt cõplura Secretarii uerba gratiarũ ſcilicet actionẽ, Io. Dominicus Guidaloctus ex CCC. Viris unus, illa fuit Numeris propterea deprecatus.

Sancte Pater, Rerum uerſat Quem ſumma Poteſtas,
Quum uis non noſtræ, tanto pro Munere Grates
Poſſe referre pares, precibus reuerenter agemus.
Dii tibi dent ſuperare Hoſtes, Populoſq; rebelles
Imperio Sedis: pulſo procul undiq; marte
Sit tibi fas placida componere Cuncta quiete,
Vertereq; in duros fulgentia Pila Ligones:
Sit Petrus, quocunq; Viæ tibi cauſa, tuoſq;
Ille regat Greſſus, & cunctos dirigat Actus,
Cuius es in Terris merito Succeſſor & Hæres:

Poſtremo, quo pleniſſime in hunc Populum ſuam gra titudinem teſtaretur, non ſolum Cuilibet Hominum Generi, & Mulierculis præſertim, atq; eis imprimis Viduis, Inuptiis, Lana ac tela uictum Quæritãtibus placidas bis Aures attentiſsime præbuit, nempe in Diui Hieronymi in Suburbiis, & Virginis pariter Mariæ paſſuum milliario Perusia procul ad Teronem Montem Sacello, ſed etiam usq; adeo charitatis mu neribus impertibat: Teſtatur hoc egenus Puellarum cœ tus, qui digna ſuas Dotes largitione reportauit: Teſtan tur Veſtalium Monaſteria, Quæ ut ſacræ Virginitati, ac ſupplicationum frequẽtiæ ardẽtius incũberẽt, in rerũ

cõmoda plenis Aureorũ manibus diſceſſerũt: Teſtãtur pauperũ Diuerſoria, quippe quæ nõ ſolum Vectigalium Immunitatibus, ſed Prouentus uendicandi Priuilegio ab hinc impoſterum gaudebunt: Demum Pueri, Senes, Plebs, Nobilitas, Fana, atq; oĩs teſtat̃ Ciuitas Pecuniarũ largitione, Diplomatibus cõceſſis, poſitis ueniæ Stationibus, multiſq; aliis Pietatis officiis. Mane autem eius Diei, quo diſceſsit (fuit eteñ abitus pridie Kl's octobris) in pluribus Ciuitatis cõpitis, atq; eiuſdẽ Monaſterii locis rurſus in .P. litera patuit præſens poſita Proſa.

PAVLVS PONT. PIENTISS. PRVDENTISS. POTENTIORVM, PVBLICA PRIVATAQVE PESSIME PESSVNDANTIVM PROCACITATE PLVRIMA PROPVLSATA, PACATAQVE PRORSVS PROVIDA PERLVSTRATIONE PROVINCIA, POSCENTI PRECANTIQVE POP. PERVSINO, PATERNA PIETATE PROSPICIENS, PEROPTATAM PACEM PRAESTITIT PERPETVO PERMANSVRAM.

PERVSINI PROBI PLAVDITE PLVRIMVM PERENNI PLAVSV.

℞Feliciſsime igit̃ ſequatur iter, Sit Reditus ſuus auſpicato', ac talibus demũ Auibus ſædi reſtituat̃, ut ipſi Terrarũ orbi, uniuerſæ Rei chriſtianæ, Illuſtriſsimo Generi ſuo, & huic noſtræ p̃ſertim Patriæ diutiſsime uiuat: Nã q̃q̃ oĩa ſub uere hoc ſanctiſſimo, atq; idẽ clemẽtiſsimo Pontificatu ſic reſpirare, ac bene agere uidentur, ut ꝓpe diẽ Omne totũ nihil aliud ex eo, q̃ Flores, & Aurũ ꝓcul dubio futurũ ſit, Tu tñ potiſſimũ felix Patria atq; Auguſta Peruſia maximopere tibi sẽp de Illo polliceri debes, ac ꝓpterea uſq; quaq; p̃dicare, tibi dulcius quidẽ eſſe, ſub hoc tam leni, tamq; piiſsimo ſacroſancto Dominatu ſeruitutem ſeruire, q̃ aliis Dominis, uel Oĩum iudicio, dominari: Eius etenim immenſa pietas tuæ longe maiori

egeſtati

egeſtati præſto' fuit, Te nutantẽ firmauit, ruiturã ſubſtinuit, Disiunctam compoſuit, purgauit, erexit, auctoritate auxit / & dignitate, Ad ocium, ad pacem, á tempeſtatibus á ſeditionibus, ac demum ad uitam (ut Rei inueniat emphasim magnitudo) ab ipſa morte reuocauit, ut uix maiora tibi quidẽ exoptare poſſis, & poſt Deum Ipsum uel te huic ſuo Vicario, totã debeas, longe magis ꝓculdubio eiuſdẽ Pietati ex omni largitionis parte quotidie debitura. Iã uero, quas ab Hiſtoriæ perpetuitate ſeiũximus Fœturas, ſolũ ne Lectoris desideriũ ad finem perueniendi nimis produceret, illæ ſubnectentur: Sed eo tm̃ consilio uulgares illos Rythmos (quos Barzelettam dicũt) apponemus, ꝙ non ſolum á Phonaſcis ſub musicalibus Numeris, uerum per Fora, ꝑ Vicos, per Tabernas diu noctu'qꝫ ab cuiuſcunqꝫ generis Hominibus iam tum ꝓmiſcue decantant᷑: quasi hoc, & Ciuitatis ſtudiũ, & Animoꝝ Inductiones ſanctiſſimã erga Charitatem optime teſtificetur.

Vos poſtremo Perusini Ciues ne tenues hos labores deſpiciatis quæſo', ſed qualeſcunqꝫ sint, Eos imprimis Opt. Max. Pontificis Meritis, deinde cõmunis Patriæ pietati adſcribatis uelim rogatos eſſe: Oẽs etenim debemus, ac prorſus tenemur Ipsi gratificari, & si fieri nõ poteſt quod uis, id uelis quod poſſis: Quamꝙ si uidero hos ſecũdos Auſus meos non improbari, Maiores forſan ueſtri Ciuis aliquãdo inſpicietis.

Io. Francisci Camœni Perusini Sylua Encomiaſtica ſimul & Euchariſtica.

Tertius é ſummo poſtq̄ demiſſus Olympo
PAVLVS, Apoſtolicum conſcendit in æde tribunal,
Ornauitq; Caput triplici Diademate ſanctum,
Atq; beatificæ monſtrauit numina Dextræ,
Proh Superi quæ Bella fugat, quos cōdidit Enſes:
Tranquilli rediere dies, Aſtræaq; regnat,
Et Pietas & ſancta Fides, Moreſq; pudici,
Præmia Virtuti cumulantur, & ocia gliſcunt,
Frugiferūq; Sophos merito Schola cūcta frequētat:
Nec mirum Paſtore pio, ſapiente beato,
Cui nihil ignotū graiæ, latiæq; Mineruæ,
Quicquid & arcanis fert Myſtica pagina libris:
Hinc fauet Ingeniis, Artes complectitur almas
Munera Pieriis pro Carmine dātibus offert.
Salue ſancte Pater, cui Mundi maxima parent
Regna, Coloratis ad Iuſſa fluentibus Indis:
Vidimus Aethiopum Myſtas, Syroſq; ſequaces,
Quiq; bibunt Nilum, Tigrim, Tanaimq; niualem,
Quiq; colunt Gades, Qui Lesbon & arua Corynthi,
Qua Notus, & Boreas, Eurus, Zephyruſq; reſurgūt:
Nam ſuperas pietate Numā, grauitate Catonem,
Socraticæ uictor Sophiæ, uel Dogmate ſacro,
Stēmate maiorum, Natalibus Inclyte claris,
Quos tamen amplificas Diuino cultus honore.
Te neq; Cæſar erat clæmentior, Omnibus autem
Largior, oſtendunt geminatis iacta per Vrbem
Argenti atq; Auri numeroſa Numiſmata palmis,
Munificis opibus, phaleris fulgentibus Oſtro
Hæc Populus miranda tuus Pater Alme, ſed illa
Nectar & ambroſiam, Cœleſtia dona recepit,

Immortale

Immortale Decus, Farnesia Gloria PAVLE,
Quum tua delectis Tercentum Patribus Vrbis
Huius, honorato Decreta benigna Senatu,
Rettulit Arpino eloquio GRIMANVS Apollo;
Munera Clusinæ Cereris largita quotannis,
Et medimnorum das milia quattuor, addis
His quingenta tuis Perusinis perpete paſtu.
O' quæ lingua silet diuinæ Mentis honores?
Quis tua non celebret calamo Benefacta perenni?
Seu grauiore Chely Smyrnei uatis & Andis?
Præſtantes Virtute foues, inquiris, & Auro,
Gemmatis ue beas Mitris, tyrio ue Galero.
Nam Contarenum decoratum Murice nuper
Vidimus excelſo Venetorum ſanguine cretũ,
Hunc facit insignem Probitas, Doctrina ſuperſtes,
Quale Iubar radians alterno cernitur ortu.
Quid Reliquos memorẽ, quos præficis Vrbibus altis?
Vt fuit ille tuus Cognominis, auctor honorum,
(Nanq; Magiſtratus luſtrales rite rependit)
Iura tenens animo, Vir Conſultiſsimus æqui,
Quem sibi Pontificem Neocaſtrum diues adorat.
Nunc age Sancte Pater, Cœleſti numine tactus
(Credo equidẽ) Nobis GRIMANA Stirpe MARINVM
Ecce poteſtatis ſummæ, Dominumq; Senatus,
Linquis, ut examen trutinetur Virginis almæ.
Sic ſapienter agis, sic Tu Diuinus haberis,
Quicquid enim decorare Virum, Diuũq; futurum
Fertur, in hoc totum ſpectatur plenius Vno:
Inclyta Nobilitas, Virtus complexa Sorores:
Prouidus omnigenos Sophiæ ſcrutatur honores.
Huius in ore cubat Pitho, Manet integer uſq;,
Iuſtitiæ columen, ſemper conſultor honeſti,

Sectatorq; Boni, nimii fugit arma Rigoris,
Munificus, patiens, uiridi quoq; firmus in æuo,
Tum Vigil ac Prudens, clauditq; Modeſtia mores;
Vt merito dicas, quod Purpura tempora Velat,
Thuſcorũq; simul populos, Vmbroſq; Gubernet.
Ergo quid optandum meritis pro talibus Illi?
Qui decus eſt noſtrum, qui noxia condidit Arma,
Aurea qui ſparsit Donaria largius Imbre,
Annua frumenti qui præbuit Horrea sacri,
Conſtituit Decreta Patrum ſanctiſsíma, Iuuit
Mendicos nũmis, erexit sacra Colentes,
Nemoq; diuinæ non ſensit numina Mitræ,
Qui morem impoſuit Paci, docuitq; quietem
Qui bifores nobis ualuas patefecit Olympi,
Indulsit uenia indicta Statione perenni.
Sed quid ab Oceanis nunc fontibus haurio guttas?
Immenſum ue ſeco Rate parua & Remige pontum?
Non opis eſt noſtræ tantas perſoluere grates
Sancte Pater, nec ueſtra uicẽ Fortuna requirit
Muneris, At ſuperos tantum datur uſq; precari,
Vt Tarteſsiaci Regis, uel Neſtoris annos,
Pulueris Euboici uel proſpera sœcula degas,
Teq; diu in Terris ſancto Paſtore fruamur.
Vt fortunatos ſumma uirtute Nepotes
Creſcentes Videas & Auo ſuccedere quondam
Fatorum serie: cum tu ſtellatus Amictum
In ſolio radiante ſedens, Diademate miro
Ad Petri, Pauliq; latus ſpectaueris ora,
Ora Dei immensi, tibi quum de marmore templa
Poſteritas ſupplex & ſacras conſtruet Aras
Votaq; ſoluentur, nitido simulacra metallo.
At nos perpetuo addictos Pater optime reddis,
Inter

Inter quos minimum ſtudiorum Matris alumnum
Et profeſſorem longo iam tempore paruum,
Mancipiumq; tuum, quē Reſpice, quæſo Camœnū.

Eiuſdem ad Reuerendiſs. Card. Farneſios.

Laudarunt alii priſcos reuerenter Ephebos
Doctrina, Ingenio, Nobilitate probos,
At mihi contingat Farnesia Stemmata digno
Concelebrare ſono uiuat, ut omne Decus.
Nam Virtutis honos magnū patefecit Olympum
PAVLVS Apoſtolica dum ſedet Arce nitens.
Hæc Domus Heroes genuit clariſsima centum
Militia insignes, Semideoſq; Toga,
Sed noua poſteritas mirabilis ecce Nepotum,
Murice Queis diuus Tempora cinxit Auus
Indole proh quanta fulgent? quæ uerba Catonum?
Mercurius docuit, Phœbus, & Aonides
Creſcite fœlices Pueri Farnesia Proles,
Et gradibus lentis ſcandite Culmen Aui.

Marii Podiani in Beatiſs. Insigne.

Flecte genu Properans, ſanctum eſt Insigne: decet me,
Nam petit hoc duplici Claue Corona triplex.
Quærit & hoc etiam Signi Pictura decori,
Seu mauis pictæ Dictio certa Rei:
Lilia quid dicunt? ꝙ olent pia facta, ſaluti
Quod Generi humano Lilia rurſus erunt:
Cœsia cur potius? quia dant ſe prodita Cœlo,
Nec ſolum ut Terras, ſed Freta paſcet odor:
Sex quare? Aetates Numerus bene signat: amabo
Aurea quid felix Area comit opus?
Hinc notet hæc Aetas ornari, Tertius Orbi
Aurea dum Paulus Sœcula reſtituit.

Eiuſdem.

Aureus Hortus habens ſex Lilia moſtrat aperte,
Aureus hoc itidem quod daret ille Tripos,
Perfectum iam Ver ut ſexti poſsidet Aeui
Sub Trino euadens aurea Terra Deo.

Eiuſdem.

Floribus haud merito iam Fœmina præfuit: Ii nunc
Iure tenent dominos, Signa beata, Mares.
Roma Deam Florum quondam obſeruabat inepte,
En florum ſancte nunc colit Ipſa Deum.

Eiuſdem.

Felici hos nutrit Flores Ager aureus imbre,
Vt ſua mox capiat pabula Poſteritas.

Eiusdem ſuper Reuerendiss. M. Armis.

Qui Patris aſpicitis GRIMANI Insigne uerendum,
Hoc sibi quid ſenſus noſcite ponat Opus.
Albus Ager Cordis sincerum nutrit in Omnes
Affectum, & iuncta Relligione Fidem:
Dehinc ſulco abſciſſus rubro quater, ignea, lætas
Lumina Virtutum quattuor ædit, opes:
Crux uero á Dextris præfatur, munera Petri
Q uod geret hic Dominus Gens Perusina tuus.

Eiuſdē ad Reuerēdiſs. Pontificis Nepotes.

A' Ioue sicut habent geminos Cœleſtia Fratres
Terreſtri Geminos ab Ioue Terra tenet:
Gaudet Vtroq; Deus, rubet Iis par ueſtis in Aula,
Par Venus, una eſt Mens, par decus, unus Amor.
Nil diſcors uideo: si CASTOR Lilia signat,
A' ſanctis POLLVX Floribus ædit Auos.

Eiuſdem.

Dant PAVLO Numerum, Fidei, Probitatis, alenſq;
Omnia: DVRities, NVNCIUS, AMBROSIA.

Il Medesimo.

S anto RETTOR' ben ch'io uoce non habbia,
Che poſſa á la grandezza de'l Soggetto
Hoggi di pari andar' con le parole,
Per queſto pur mi agrada aprir' le labbia,
Ch'almeno ombra faro' de'l mio Concetto,
Volto ſopra Coſe alte eterne, & ſole,
Che s'Huom' mortal' mai uuole
(Scordato di Colui che'l Mare accolſe)
Moſtrarle, & dir', quante si sieno & quali,
Lieui da Terra l'Ali,
Ma in piu felice ardir' ch'Egli non ſciolſe,
Et la penna accoppiando co'l disio
Conti le Stelle in cielo, & pinga Idio,
V eramente curo' pensier celeſte
Far' degno VOI unicamente chiaro
De'l Manto che copri la Pietra prima;
Perch' á l'incontro in la ſua antica Veſte
Il Mondo riponeſte á lui pur caro,
Che cosi errante anchor' se'l pregia & ſtima:
Perch' á di noſtri in cima
Voi lo tornaſte á quei graditi Doni,
A' quel' giocondo ſuo puro Gioire,
Et gia si parmi odire
Voce, ch' in tali grati accenti ſuoni,
Ecco di nuouo per diuin' consiglio
Ch' alta ſalute hoggi ne annuntia il Giglio:
G ia dico ueder parmi á poco á poco
Ridursi per l'accorta & ſanta Verga
Il Grege ſparſo al uoſtro Campo ameno:
Et l'altro Armento d'ogni paſco, & luoco

Per tema ch'il mal' Lupo no'l diſperga,
Correr' diuoto á Queſto uoſtro in ſeno:
Gia ueder' parme 'l pieno,
Et sia tutto uno Ouile ad un' Paſtore,
L'aere ueſtirsi un' ſeren uago, & lieto,
Ch' uia piu humile & quieto
Zephiro ſpiri ſempre in dolce odore,
Et finalmente ſciolto in bel' lauoro
Altro il Mondo non sia che Fiori, & Oro:
S'a' tanto pregio á tanto merto uenne
L'inuitto, eterno, gran' Figliuol' di Gioue,
Gratie ch' á Pochi il Ciel' largo diſtina,
Che per la ſola ſua Bonta' ſoſtenne,
Et pe'l ualor' de l'eccelſe ſue Proue,
Le Stelle, & Dio, fatiga alta, & diuina:
Voſtra Virtu' camina
De la ſua molto innanzi, non ch' a'l paro:
Voi d'Hercol' si piu degno & nobil' ſete,
Voi piu bel' Don' godete:
Che'l padre Idio, non mai de' premi auaro,
Come á piu Forte in regger tanto pondo
Su le ſpalle ui poſe il Cielo e'l Mondo.
S iede il Cuſtode á la ſuperna Porta,
Et ſeco ha Lui, che de'l Teſor' di ſopre
Pieno hebbe il Vaſo, & de' piu gran' ſegreti;
Indi Ciaſcun' ne gode & si conforta,
Di uagheggiar' le uoſtre diuine Opre,
Et gli alti bei Coſtumi & manſueti:
Indi ragionan' lieti,
Degno e' ch' á la mia Naue Egli ſtia in cura,
Giuſta coſa & perfetta alhor' fu, ch'io
Gli deſsi il Nome mio.

Ei ſolo

Ei ſolo Ambi duo inſieme ci figura,
Et cioch' oprammo mai per ſe Ciaſcuno,
Tutto opra & fa nel Mondo hoggi Queſt' uno

D a poi ch' humilemente
CANZONE haurai baſciato il ſacro piede,
Et detto, mal s'accreſce luce a'l Giorno:
Sogiogni, d'ogn' Intorno
Gia ſuona il grido, e' i Merti ne fan' fede,
Che non che i noſtri, i Luoghi piu remoti
V'hanno da ſagrar' Tempii, & porger Voti.

Io. Franciſcus Camœnus Libellum alloquitur.

Q uo te proripis heus Libelle fidens?
Vix Limam patiens, onus ue maius,
Audi. Si dominam Volas ad Vrbem,
Vaticana Iouis iuuantis Aſtra
Cernes & medium nitere Solem,
Cuius tu Radiis repreſſus, Ibis
Ad limen Procerum ſtatim duorum,
Hi nāq; Ambroſiæ Liquore Durant,
Qui magnum nequeunt uidere Numen,
Et præbent aditum Iouis per Aulam,
Mox Oracula conferunt utrinq;,
Aut ſancti Pedis Oſculum precantur:
Hos tu ſuppliciter roges, fauebunt,
Nacti Tempora & Aurium quietem,
Nam ſunt Cœlitibus fide propinqui,
Virtute Eximii, Lepore Clari,
(Saluete /o/ Meritis Viri Beati,
DVRANTES Grauis, AMBROSIq; Prudens.)
At si te recitant DEO Sacrorum,

pſ.—

Attinges numeris tuis Olympum,
Et fies Helice, aut Dracone Maior.
Non eſt quod Verear, licet uagari,
Plenus nam Volitas DEO Libelle.

FINIS.

Viua ~~ſempre~~ viua il gran' Paſtore
PAOL Terzo, alto e Beato
C'ha'l ſuo Popul uiſitato
Con Paterno e ſanto amore

Ognun puo certo ſapere
La perfetta ſua intentione
Non biſogna piu temere
Qual ſi uoglia oppresſione
Fara il tutto con ragione
Ordinando un uiuer Santo
Sotto il degno e ſacro Manto
Al qual Ceſar rende honore.
Viua viua et c.

Sara in alto la Giuſtitia
Non a queſto piu ch'a queſlo
Stara in baſſo ogne malitia
Col ſuo merito flagello
Chi al ben far ſara ribello
Da Giuſtitia fia ſcacciato
Ne ſara piu fomentato
Dal nociuo e gran furore
Viua viua et c.

Viua lieto il bel Grifone
Poi ch'adeſſo e' intrato ſeruo
Sotto queſta 'perfettione
Che gli rende poſſa & neruo
Corre al fonte come Ceruo
Doue fia ſua uoglia ſatia
Fatto degno di tal' gratia
Da il ſuo Principe e Signore
Viua viua et c.

Il Potente e ſommo Idio
Che in ſua uece ha ſorrogato
PAOL Terzo ſanto e Pio
Dal celeſte chor' mandato
Di buon cuor ſia ſupplicato
Far che tanto degno Nume
Longo tempo renda lume
Al Chriſtian gregge ſplendore.
Viua viua et c.

SPECIAL
94-B12925
XXX

THE GETTY CENTER
LIBRARY